B
L. XXXV. Bro

[illegible]
13/10/12

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b3050790x


J.BROEN
OPERA
MEDICA
Rotterodami apud Bernardum Bos. 1703
C. Huyberts inv: et f:

JOANNIS BROEN
M. D. &c.
EXERCITATIONES
THEORETICO-PRACTICÆ,
DE
OPERATIONIBUS
MEDICAMENTORUM.
LIBER POSTUMUS.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

EXERCITATIONES THEORETICO-PRACTICÆ, DE OPERATIONIBUS MEDICAMENTORUM.

CAPUT. I.

De Alimento, Medicamento, Veneno, & Alimento Medicamentoſo in genere.

§. 1.

ANtiquius nihil eſt, vel uſitatius hominibus, quam de Sanitate præſenti conſervanda, & amiſſa reſtituenda, miſcere conſilia mutua: Namque enumerat alter experimenta ſua ſingularia, hoc, (verbi gratia) in caſu quamplurima, alter eadem, vel ſimilia, extollit alio in caſu, imo ambo aut laudabunt, aut culpabunt eadem in eodem, ad ſexcenta & ultra. Quid mirum? certe innumeri caſus & diſcrimina, quæ, ſine fine, viam, velut agmine facto, ad miſerabilem hominem affectant, ipſumque ſæpenumero vitam, ipſa morte graviorem tranſigere cogunt ingratiis, nos ad auxilia ex omnibus mundi plagis accerſenda compellunt.

§. 2.

REctiſſime itaque Celſus de re medica, lib: 1: inquit, *Medicina nuſquam quidem non eſt; ſiquidem etiam imperitiſſimæ gentes, herbas, aliaque prompta in auxilium vulnerum morborumque noverunt.* Veruntamen in uberi hac auxiliorum meſſe non ſolum ignobile vulgus, quod ex veritate pauca, ex Opinione multa æſtimat, verum etiam cohors Machaonia, quæ rationes & experientiæ nitore ſuperbit, adeo ſæpe peccat, ut nihil ſupra.

§. 3.

EN autem rationem hujus erroris; en ejus originem! Omnes, nempe, nimis generaliter (non, ut oportet, relative) Medicamenta non ſolum omnia, verum etiam venena & alimenta, conſiderare ſolent, ridiculo ſæpiſſime & ſubventaneo eventu, quoniam, velut ebrii, quo tramite domum revertantur, ignorant.

§. 4.

NOs, ut inſigne hoc vitium quantum fieri poteſt evitemus, rem univerſaliter percurrendo, tandem in pauca conferemus, inſinuando; quod *omnia alimenta, medicamenta & venena, non ſolum ad hoc illudve animantium genus, verum etiam ad hanc illamve perſonam in ſpecie, ſint conſideranda ſemper, ut talia.*

§. 5.

NUllus foret dicendi finis, ſi aſſertionis iſtius veritatem, a poſteriori, ſive ab experientia, ſigillatim & prolixe probaremus; ſtudemus enim claræ brevitati. Ecce, jam olim Lucretius lib: 4 de rerum natura, ſic cecinit,

Tantaque ineſt, rebus diſtantia differitaſque, ut
Quod cibus eſt aliis, aliis fuat acre venenum.

Quibus verſibus jungendi veniunt alii, paulo poſt iſtos ſequentes,

Præterea nobis veratrum eſt acre venenum,
At capris adipes, & cothurnicibus auget.

§. 6.

SImiliter, an non ſturni cicuta aluntur (teſte Franciſco Rhedi, obſerv: de viper:) anſeres vero, eadem interficiuntur? annon oleum ricini (eodem obſervante) ſimiolo concitavit vomitus, dejectiones

ones alvi, hypercatharſeſque anxias & terribiles, quod tamen gutturi galli commiſſum (majori quantitate) ipſum non ſolum non necavit, ſed nec minimum faſtidium, aut nauſeam vel alvi dejectionem excitavit. Taceo conſulto Turcarum Aphion, taceo famigeratiſſimam illam de Mitridate, Rege Ponti, hiſtoriam, cujus mentionem facit Appius Alexandrinus, lib: 4 de bell: Reg: Mithr: inquiens, cum a Pompejo victus, ignominiam triumphi effugere geſtiret, duplicem veneni portionem, mortis ſibi inferendæ cauſa, fruſtra hauſit, quapropter (procul dubio) Martialis epigr: lib: 5. epig: 78. in ipſum, ita cecinit,

Profecit poto Mithridates ſæpe veneno,
Taxica ne poſſent ſæva nocere ſibi.

§. 7.

SEd ut oculo uno rubricam dirigamus, annon experientia docet, non ſolum medicamenta & venena, verum etiam alimenta & potulenta, quam plurimos e medio tuliſſe? annon omnibus a lacu & furno redeuntibus, notum eſt, hæc præpoſtere & immature, vel nimis copioſe ingeſta, ſæpe ſæpius mortem intuliſſe?

§. 8.

ITa viciſſim (juxta illud *Celſi lib*: I : *certæ quædam res ſunt, quæ in pluribus ventrem adſtringunt aut reſolvunt*: *inveniuntur tamen, in quibusdam aliter, atque in cæteris, idem eveniat*) annon, ſodes! alimenta vicem ſubeunt medicamentorem? præprimis, ſi aliquandiu, ab una eademque alimenti ſpecie quis abſtinuerit? annon, quæſo, magni nonnunquam morbi tolluntur, comeſtione halecum ſalitarum, fumo induratarum, uvarum, aſellorum, anguillarum &c: quæ tamen, ſanitati: (vulgari opinione) dici debent oppoſita?

§. 9.

DEnique obvium eſt, & manifeſtum, quod medicamenta, longiore, & crebriore uſu, tranſeant vel in alimenta vel ſaltem,

corpus, nihil aut parum alterent. Norunt hoc ad minimum prudentiores practici, dum medicamenta mutant, præſertim in morbis chronicis, ſæpe ſæpius; juxta illud Verulamii, inquientis, *Omnis Medicina eſt innovatio; & qui nova remedia fugit, nova mala opperitur;* itemque alibi ait; *quæ in natura eximie poſſunt & pollent, ſunt ordo, proſecutio, ſeries & viciſſitudo artificioſa.*

§. 10.

DEnique omitti non debet (præcipuum enim hoc eſt) conſideratio operationis Medicamentorum diverſimodæ, prout eadem diverſimode adhibentur. Namque, verbi gratia, ſpiritus nitri, ſalis communis, ammoniaci &c: (ut ut fuerint temperati) ſi animalis cujuſcunque in venam injiciantur mortem illico inferent, imo vel flatus ſolus; cum tamen eadem alio modo, ſanguini communicata, non ſolum morbis multis ſuccurrant, verum etiam vitam prolongent, phyſice loquendo. Memoratu certe dignum eſt, hoc reſpectu, quod annotavit Nobiliſſimus Robertus Boyle lib: de nat: determ: effluv: ſe nempe noviſſe Medicinæ quendam Doctorem, qui paſſim purgabatur electuarii cujusdam odoribus halitibusque, cujus operatio cathartica quando in ſubſtantia ſua hauriebatur, non niſi languida eſſe ſolebat: Vere itaque, denuo, Celſus ait lib: 1. *non ſequitur, ut quod alium non afficit, aut eundem alias, id ne alteri quidem, aut eidem, tempore alio noceat.*

§. 11.

SEd exemplorum ſatis eſt: reliquum eſt, ut iſta phænomenomena, quod ad cauſas, oculo intueamur philoſophico.

§. 12.

VIdelicet, ea deducenda eſſe putamus, partim, a diverſitate conſtitutionis partium fluidarum & ſolidarum, producta in diverſis hominibus, vel a primordiis generationis, vel a conſuetudine; partim, a varia motus particularum determinatione, ex quibus alimenta, medicamenta & venena conſtant.

§. 13.

§. 13

QUantum ergo attinet ad diverſitatem partium à generatione; profecto evidens eſt quod ſingularum particularum motus, in ſingulis hominibus, adeo æqualis, vel uniformis eſſe non poſſit, quin inſignes oriantur tam in fluidis, quam ſtabilibus partibus differentiæ: diverſis etenim, ne dicam innumerabilibus & infinitis mutationibus, cum Mater ſit obnoxia, ab aëre, cibo & potu, ſomno & vigilia, motu & quiete, excernendis & retinendis, animique paſſionibus, profecto non poſſunt non eædem mutationes embryoni fœtuique communicari: taceo, quod ſeminis utriusque ſexus (& quidem in iisdem, diverſis temporibus) conſtitutio valde diſcrepet; quod vel ex eo patet, quod liberi, ex iisdem parentibus producti, mirum in modum, ab invicem abludant, non ſolum quod ad lineamenta, corporisque conſtitutionem externam, verum etiam ſecundum indolem, animique dotes & conſtitutionem internam; adeo ut, non ubique, locum habeat illud. *Horatii l.* 4. *Od.* 4.

Fortes creantur fortibus & bonis,

Sed, ſæpenumero, columbam imbecillem progenerat ferax aquila; hinc, Heroum filii Noxæ: Veriſſime ergo, pro more, Verulamius *lib.* IV. *de Augm: Scient.* ita loquitur; illud, inquit, *minime dubium eſt, quod internarum partium figura & ſtructura parum admodum externorum membrorum varietati & lineamentis cedat &c.*

§. 14.

LIquido jurare poſſemus, hanc eſſe potiorem cauſam, cur Hippocrates, Medicinæ Prometheus, *lib. de loc.* in homine §. 50. dixerit, ſtatam ac certam in Medicina doctrinam fieri, eſſe impoſſibile.

§. 15.

UT itaque rem in pauca conferamus, concludendum judicamus, quod quorundam aſſumptorum (quo demum cunque veniant

S 3 nomi-

nomine) particulæ, quoſdam partium poros, tubulos, canaleſve, in determinatis ſive certis hominibus, abſque impedimento notabili pervadant, ex adverſo in aliis difficilius, aut nequaquam; quapropter olim Lucretius *lib. 4. de Rer. Nat.* ita canit;

Eſſe minora igitur quædam, majoraque debent,
Eſſe triquetra aliis, aliis quadrata neceſſe eſt,
Multa rotunda, modis multis multangula quædam,
Namque figurarum, ut ratio motuſque repoſcunt,
Proinde foraminibus debent differre figuræ,
Et variare viæ, proinde ac textura coërcet.

§. 16.

AD alteram conſtitutionis humanæ diverſitatem à conſuetudine (quam alteram dicere ſolemus eſſe naturam) quod attinet, eam ſequenti modo explicandam eſſe putamus; videlicet, ingeſtorum particulæ (cujuſcunque demum fuerint indolis) præſertim ſi conſtantiori ſoliditate fuerint præditæ, ſucceſſive poros tam fluidarum, quam ſolidarum partium ſibi adeo adaptant, ut absque inſigni impedimento (modo majore quantitate in principio non aſſumantur) eos tranſeant, nam, teſte Lucretio,

- - - - Leviter quamvis quod crebro tunditur ictu,
Vincitur in longo ſpacio tamen, atque labaſcit:
Nonne vides etiam guttas in ſaxa cadenteis
Humoris, longo in ſpatio pertundere ſaxa?

Similiter chartæ vel pergamenæ plicaturas primas facillime denuo reaſſumunt & conſervant, & quidem tanto conſtantius, quanto ſæpius fuerint plicatæ.

§. 17.

QUatenus itaque ingeſtorum particulæ, poros, tubulos, atque canales libere tranſeunt, eatenus nullam notabilem mutationem

nem in corpus introducunt: hinc Hippocrates *Sect.* II. *Aph.* 50. dixit; ex multo tempore conſueta, etiamſi deteriora fuerint, inconſuetis minus moleſtare ſolent.

§. 18.

VEruntamen in hac conſuetudine varii dantur gradus: nimis enim, ſi quiſpiam rebus aliquibus adſueſcat, non ſecus ac ab inſolitis neceſſaria quadam conſequentia, ſæpenumero afficitur, quatenus nempe multæ particulæ homogeneæ hoc modo ſanguini humoribuſque communicantur, quæ propter laterum & ſuperficiei æqualitatem aſſociatæ, tantum ſæpe capiunt incrementum, ut conſuetum ſanguinis motum inſigniter invertant: namque relicti inter dictas particulas pori vel recta ad invicem reſpondent, vel parum ſolummodo a recta poſitione deflectunt, ita ut unius ad alterum proportionatus ſitus directum nimis & liberum tranſitum ætheri perfluenti concedat: ex adverſo autem, corpora ex heterogeneis proportionatis particulis conflata poros, reſpectu amplitudinis & figuræ relinquunt magis inæquales, quos cum æther haud ſatis libere pertranſire valeat, in eorum latera impingit, ſingulaſque particulas varium in motum inteſtinum (confer Des-Cartes princ. part. II. §. 54.) concitat.

§. 19.

ULterius variam determinationem motus particularum in alimentis, medicamentis & venenis, quod attinet; illa quidem abſolute, ſecundum omnes ſuos gradus, demonſtrari nequit, vel ab accuratiſſimo Philoſopho; certum tamen eſt, quod ingeſta, magnam ſubeant in ventriculo, inteſtinis, viisque aliis, mutationem, priusquam ſanguini humoribuſque communicantur, unde particulæ eorum aliam nanciſcuntur motus determinationem, quam ſi immediate ſanguini communicarentur: & hanc ob rationem, Epicarpia, omniaque epithemata, curare nonnunquam felicius ſolent febres, alioſve morbos, quam, potentiſſima (ut videntur) alia medicamenta per os aſſumpta: Eleganter ergo Nobiliſs: Rob: Boyle, lib: de inſigni efficacia effluv: cap. 4. §. ultimo, ait, *quemadmodum motus cele-*

celeritas vim conciliare poteſt corporum emanationibus; ita aliæ eſſe poſſunt modificationes motus, quæ non parum conferre eodem poſſunt: ut enim majora corpora ſecundum has illaſve modificationes operari videmus, multumque intereſt inter effectum ejusdem teli vel jaculi ita conjecti, ut mucro ſemper antrorſum vergat, ac rurſus ita vibrati, ut, durante motu ejus progreſſivo, extremitates circa gravitatis centrum, internasve quaſdam partes volvantur, ut tum fit, cum pueri bacillos jaciunt ad fructus ex arbore decutiendos; ſic minime dubitandum eſt, in ipſis corpuſculis perinde non eſſe, quoad ipſorum effectus, utrum cum ratione moveantur, an citra eam; utrum tali vel tali linea, an cum vel ſine undulatione, tremore &c: & ut verbo dicam, utrum motus talem vel talem habeat modificationem particularum, quæ quantum variare effectus motorum corporum queat, ex motibus illis apparet, qui in aëris particulis ab inſtrumentis Muſicis efficiuntur.

§. 20.

LIquet ergo, per alimentum, id omne eſſe intelligendum, quod motum ſanguinis & humorum, certis hominibus conſuetum, ſive naturalem, notabiliter nec auget nec minuit, ſed idoneum eſt, ut ſtaminibus partium ſolidarum apponatur, humoreſque excretos ſufficienti quantitate reſtauret.

§. 21.

SImiliter, quod Medicamentum illud omne ſit vocandum, quod motum ſanguinis & humorum, certis hominibus inconſuetum, ſive præternaturalem & morboſum, ad priſtinum ſtatum reducit, & impedimenta tollit, propter quæ, vel diſtributiones ſanguinis & humorum, vel ſecretiones & excretiones, male peragebantur.

§. 22.

RUrſus Veneni nomine indigitatur omne illud, quod, vel, motum ſanguinus humorumque conſuetum, ſecundum varios gradus admodum auget vel minuit, obſtructioneſque multas & pertinaces in partibus ſtabilibus gignit, vel fibrillas vaſaque partium erodit, inflam-

inflammat & gangræna vel ſphacelo afficit, unde circulatio fluidorum. vehementer impeditur, aut prorſus tollitur.

§. 23.

DEnique Medicamentum alimentoſum illud eſt, quod certo tempore motum ſanguinis humorumque inconſuetum, ſive præternaturalem, priſtino reſtituit ſtatui; & quod ſimul, alia occaſione, partium ſtaminibus appropriari, ſufficientemque humorum copiam, in locum deperditorum ſuppeditare poteſt; ita videmus magnos aliquando morbos, comeſto certi cujusdam alimenti genere, v. g. halecibus, paſtinacis, lardo, vino, & ſimilibus, melius ſanari, quam medicamentis, præſertim, ſi magna cum aviditate, fuerint commeſta.

C A P U T II.

De Specificis in Genere.

§. I.

DAri Medicamenta, certis partium morbis, imo certis hominibus ſpecifica, conſtat abunde non ſolum experientia, verum etiam ratione. Certe, medicamentum ſingulare, huic v. g. homini, adverſus certum aliquem, & quidem certæ partis morbum, propinatum, mirandum nonnunquam edidit effectum; at vero, contra, idem adverſus alium, priori (uti videbatur) ſimillimum, nihil omnino potuit, quin potius malum exaſperavit: ſic verum eſt, tritum illud,

Limus ut hic dureſcit, & hæc ut cera liqueſcit,
Uno eodemque igne.

Nec mirum; variant enim variis in hominibus, partium fluidarum ſolidarumque conſtitutiones, ratione pororum & tubulorum, ſive canalium, quæ per conſequens nonniſi determinatas particulas admit-

 tere

tere valent; ſicque veritas effati iſtius Chymici ſtabilitur, non omnia fermentantur vel diſſolvuntur ab omnibus; nam male quis ſequenti argueret modo; hocce v. g. medicamento, hunc, in iſto homine, vel in iſta parte, ſanavi morbum, ergo alium ſimilem in alio homine vel alia correſpondente parte ſanabo: vel, aqua, exiguæ virtutis liquor, diſſolvit facile, gummi arabicum, tragacantha &c: ergo ſpiritus vini rectificatus, qui eſt efficacior, eadem ſolvet efficacius: nihil futilius.

§. 2.

DIſcant vel hinc Medici multi naſutuli, quam inepto nitantur fundamento, dum farraginem quandam ſubtiliſſimorum, ſive, ut vocant, ſalino-volatilium-oleoſorum medicamentorum corradunt, ad motum ſanguinis accelerandum, obſtructioneſque reſerandas: præterquam enim, quod talia, ſemper relative ſint canſideranda (nam ſalia volatilia, æque ſanguinem incraſſare valent, ac acida, vel alius naturæ alia) notandum eſt, quod ſalia volatilia, intempeſtive, vel immodice hauſta, ſubtiliores fluidioreſque partes ex corpore diſſipent relictis craſſioribus.

§. 3.

RAtum ergo eſto & inconcuſſum, dari ſpecifica, non ſolum reſpectu partium fluidarum certarum, in genere, ſed etiam certorum hominum, in ſpecie

Et quoniam variant morbi, variabimus artes,
Mille mali ſpecies, mille ſalutis erunt.

§. 4.

UNde ſequitur, nullum dari poſſe medicamentum univerſale, nullum, ſtricte dictum, Panacæum; hanc enim potius, ad Pancirolli antiqua perdita, vel, Argonautarum vellus aureum releganda eſſe cenſemus; etenim obſecro, quomode in unico Medicamento, ſive compoſito ſive ſimplici, tot & tales reperiri poſſunt que-

qualitates, quot & quales ad diverſos, ne dicam innumerabiles morbos curandos requiruntur? Valetudo, ſexcentis a cauſis, ſexcentisque modis, corrumpi aſſuevit, quapropter etiam plus quam unum exigit reſtaurationis modum. Adeoque venuſtiſſime, Verulamius, augment: ſcient: lib. 4. ita loquitur: *In curationibus morborum, illud generaliter deſiderari video; quod Medici hujuſce ætatis, licet generales intentiones curationum non male perſequantur, particulares tamen Medicinas, quæ ad curationes ſingulorum, proprietate (NB) quadam ſpectant; aut non bene norunt, aut non religioſe obſervant: Nam Medici, traditionum & experientiæ probatæ fructum, Magiſtralitatibus ſuis deſtruxerunt, & ſuſtulerunt, addendo & demendo, & mutando, prout illis libitum fuerit, quid pro quo ſubſtituendo, pharmacopæorum more, ita ſuperbe imperantes Medicinæ, ut Medicina non amplius imperet morbo.*

§. 5.

NOvimus equidem, quod ab hodiernis Medicis multis una ſolummodo ſtatuatur morborum cauſa, videlicet acidum, utpote quod ſanguinem condenſat & coagulat: verum, hercle, (ut cum Terentio loquar) nobis non eſt veriſimile, quanquam ipſis commentum placet. Sed tamen poſito, nequaquam conceſſo, vel concedendo, id verum eſſe; an, ſodes, ubique eſt eadem acidorum indoles? annon vehementer ab invicem diſcrepant ratione rigiditatis, craſſitiei, figuræ, & compoſitionis corpuſculorum integrantium? Si ergo hoc negant, quomodo, Dii boni, determinata virtus dari poteſt in uno medicamento, ad diverſa illa acida vel corrigenda, vel eliminanda? ſin vero id affirmant, ecce, tanquam ſorices, proprio pereunt indicio, nam infinitis in contrarium tendentibus, refelli poſſunt experimentis Nec eſt, quod oggerant, ſi datur venenum univerſale, ergo datur etiam Medicamentum univerſale; primo enim aſſumunt id, quod probare non poſſunt, ſecundo argumenti ſequela eſt adeo futilis, ut nihil ſupra; nam quamvis quid vim habeat ad nocendum manifeſtam, haud tamen inde ſequitur, pari potentia, quid præditum eſſe ad ſubveniendum: non magis hercle, quam ſi quis concluſerit; quoniam reperitur aliquis aër, ita peſtilens, ut ſubito quoſdam, (NB non omnes) interimat, debere quoque eſſe aliquem

aërem, ita ſalubrem, ut decumbentem ſubito reſtituat. Certe, lac v. g. ſemel coagulatum, priſtino ſtatui, nunquam eſt reducibile; deſtillata, capiti mortuo ſuo denuo juncta, nunquam priorem dabunt miſcelam &c.

§. 6.

NOn eſt, quod quis, ironice, nobis objiciat Euripidis illud,

Tu viſe latas propere ripas Inachi,
Tu perge Thebas, modo, quas Cadmus condidit.

quaſi vero Præſes aliquis rerum hic potiretur, qui ſingulis, pro arbitrio, imperia injungat, ac ſi diceret: Tu ad hepatis portas, tu vero ad lienem, tu rurſus ad renes, cerebrum &c. proficiſcere. Nam ſufficit, quod pororum canaliumque diamatri, determinatas motione circulari admittant fluidorum particulas, & hæc ſi quis negaverit, dicamus cum Alciato,

Abluis Æthiopem quid fruſtra? ah deſine! noctis
Illuſtrare nigræ nemo poteſt tenebras.

§. 7.

NOtandum autem eſt, quod Specificorum vocabulum non adeo ſtricte hic accipiendum velimus, acſi eadem aliis partibus ſimul prodeſſe, vel nocere non poſſent; ſufficit veriſſimum eſſe, nonnullas eorum partes, præ cæteris, huic vel illi parti, magis vel minus conducere, aut nocere.

§. 8.

NOn hoc in capite locum habere poteſt, aut debet, Specificorum plurimorum Catalogus, quia nondum, niſi generaliter, rem tangimus; ſed diſtinctis aliis capitibus inferioribus dabitur. Nunc ſolummodo reliquum eſt, ut inſigne illud dubium, pro viribus, amoveamus, quomodo ſpecifica medicamenta, exigua admodum quantitate

titate, & proportione, ad totam maſſam ſanguineam & humores, canaleſque omnes, quaſi nullâ, ſtupendos ſæpe ſortiuntur effectus?

§ 9.

RESpondemus, primo, quam maxime attendendum eſſe ad ſubtilitatem particularum, earumque motus vivacitatem, & ſimul & determinationem: namque calore corporis præprimis, nec non aliis a cauſis, brevi temporis ſpatio ſeparantur, in actum deducuntur, & in omnem dimenſionem diſtribuuntur, haud ſecus ac videre licet, exiguam croci portionem breviſſimo temporis ſpatio inſignem aquæ vel vino &c. tincturam communicare; vel moſchi, aliuſque rei odoriferæ effluvia, momento diffundi vel diſſeminari longe lateque. Audiamus hac de re, Nobiliſs: Rob: Boyle effluv: cap. 1. §. 2. *Si corpuſcula*, inquit, *etſi admodum minuta, ſatis numeroſa ſint, debitumque motus gradum obtineant, tunc particulæ, præſertim apte conformatæ, quando eas contingit corpori occurrere, quod texturæ ſuæ congruentia diſponit ad eas potius poris ſuis admittendum, ſeu hoſtiles impreſſiones recipiendum, talia in patiente poſſunt operari, qualia viſibilia, multoque craſſiora corpora, ac minus convenienter conformata & mota, omnino inepta eſſent in eodem corpore efficere.*

§. 10.

SEcundo notandum velimus, quod ſpecifica, doſi minuta, ſæpenumero inſignes edant effectus, ratione conſtantiæ & rigiditatis particularum integrantium, vehementer æthere circumfluente preſſaram & motarum: Sic pauciſſimæ guttæ olei vitrioli maximam lactis copiam coagulant; ſic exigua fermenti pars magnam farinæ quantitatem in ſuam naturam transmutare valet, quatenus ſucceſſive conſtantes & rigidæ particulæ, cincta conſtante æthere, poros immutant in alio admixto corpore, eoſque ad ſui liberum tranſitum accommodant, qua occaſione evenit, ut multæ particulæ, quæ antea erant flexiles & oblongæ, complanentur, figuramque acuminatam adipiſcantur.

§. 11.

QUapropter concludimus, non adeo ad aſſumptorum quantitatem, quam quidem qualitatem & proportionem, circa quævis alimenta, medicamenta & venena attendendum eſſe, juxta doctrinam Verulamii lib: 5 de augm: ſcient. *Credunt*, inquit, *homines, aucta vel multiplicata quantitate, augeri aut multiplicari virtutem, & hoc quidem fere poſtulant, tanquam ſit Mathematicæ cujuſdam certitudinis, quod tamen falſiſſimum eſt:* Globus plumbeus, unius libræ a turri demiſſus (puta) decem pulſuum ſpatio ad terram deſcendit, num globus duarum librarum (in quo impetus motus, quem vocant, naturalis, duplicari debet) ſpatio quinque pulſuum terram feriet? at ille æquali fere tempore deſcendet, neque accelerabitur juxta rationem quantitatis. Similiter, ſulphuris (puta) drachma, ſemilibræ chalybis admixta, eam fluere faciet & colliquari, num igitur uncia ſulphuris, 4 libris chalybis ad colliquationem ſufficiet? at illud non ſequitur: certum enim eſt obſtinationem materiæ in patiente per quantitatem augeri amplius, quam activitatem virtutis in agente. Porro nimium æque fallit ac parum: etenim in excoctionibus & depurationibus metallorum error eſt familiaris, ut ad excoctionem promovendam aut additamenti molem augeant; at illa corpore, ſupra modum aucta, operationem impediunt, propterea quod vi & acrimonia ſua multum ex metallo puro in fumos vertant & aſportent, ut & jactum fiat & maſſa quæ remanet magis ſit obſtinata ac dura: Debent igitur homines ludibrium illud mulieris Æſopi cogitare, quæ ſperarat ex duplicata menſura hordei gallinam ſuam duo ova quotidie parituram: at illa impinguata nullum peperit.

§. 12.

POrro determinatæ Specificorum operationes clare docent, nec ſoli rationes nec externis Medicamentorum qualitatibus ſolis, v. g. colori, odori & ſapori, verum potiſſimum Experientiæ rationali fidendum eſſe; id quod olim innuebat Celſus, ubi de Empiricis & dogmaticis Medicorum ſectis diſſerens, ait: *Medicamenta & remedia*

prius

prius fuiſſe inventa, de cauſis vero & rationibus poſterius diſceptatum, non ordine converſo, cauſas ex natura rerum primo erutas fuiſſe, eaſque inventioni remediorum præluxiſſe. Hæc autem inſinuamus, non ut ratiocinii aliarumque externarum qualitatum opem quis repudiet, ſed ut imprudentiam eorum caſtigemus, qui contra hanc regulam enormiter peccant, vel ſoli rationi nimis tribuentes, vel ſolis externis rerum qualitatibus. Ex eodem hoc fundamento patet, quam oſcitanter multi Medici hodierni uſitatas & longa experientia probatas medicamentorum formulas immutare conentur, nonnulla ingredientuim eliminando, alia retinendo, vel in locum ſubſtituendo, hacque ratione; traditionum & experientiæ probatæ ftuctum magiſtralitatibus ſuis deſtruunt & tollunt; *ita ſuperbe* (verba ſunt Verulamii) *imperantes Medicinæ, ut Medicina, non amplius imperet morbo.*

§. 13.

MOnemus ergo, coronidis loco, unumquemque Medicum, quod, non niſi juſtam ob cauſam, maximeque neceſſariam, deflectat a compoſitione ſpecificorum; etiamſi videantur ſæpenumero ingredientia ſibi eſſe contraria, tamen inde reſultat tertium quid, cujus uſus eſt incomparabilis, juxta tritum illud,

Et quæ non poſſunt ſingula, juncta valent.

ſic quoque res ſeparatim utiles & innoxiæ conjunctim ſunt inutiles aut noxiæ. §. Meminimus quidem nos, quod olim contrariam foverimus ſententiam, ab Magiſtris imbutam; verum, poſtquam maturiore ingenio res Medicas & philoſophicas perpendere licuit, ſententiam eandem mutavimus, ad exemplum Virorum illuſtrium & optimorum: quapropter hoc nobis dedecori vertendnm eſſe, nequaquam putamus; nam, decente Verulamio, *oportet diſcentem credere, verum jam edoctum judicio ſuo uti, quia diſcipuli debent Magiſtris ſuis temporariam ſolummodo fidem, judiciique ſuſpenſionem, donec penitus imbuerint artes; non autem plenam libertatis ejurationem, perpetuamque ingenii ſervitutem.*

CA-

CAPUT III.

De valore principiorum & facultatum, tam Veterum, quam Recentiorum.

§. 1.

MAteriæ ludicræ facetam parare liceat Scenam! adeſte, ergo, o filiæ Jovis! adeſte omnes, qui principiis Veterum, & facultatum cohorti favetis! Sequentem ſi tempeſtatem transferre poteſtis in ſerenum, ex facili adverſarii noſtri triumphabunt: ſin ſuccubueritis, qui paulo ante Reges fuiſtis, ſubito forſan evadetis damæ, ſique, tanquam ſaxa robora & agreſtes Amphyonis cythara cogi neſciatis in civitatem, hic, abjectis clypeis, cum Archilocho conjiciamini in fugam!

§. 2.

EN vobis Ariſtotelem præſidem, quadrigam Elementorum (aërem, aquam, ignem & terram) clamore adêo incondito, ac ſi cælum rueret, in omnibus phænomenis explicandis patrocinantem! En vobis inde Galenum; aſſeclarum gravi cum turba, quatuor (ad imitationem præcedentis) qualitates manifeſtas (exceptis infinitis occultis) intrepide aſſerentem, haſque non ſolum ſimplices, ut calidam, frigidam, humidam, & ſiccam ulterioribus primi, ſecundi, tertii & quarti gradus moeniis ſuperbientes, verum etiam compoſitas, ut, calidam humidam, calidam ſiccam, humidam frigidam, frigidam ſiccam, tanquam agmen claudentes.

§. 3.

EN rurſus Athletam magnum Paracelſum, perfricta fronte, ſal ſuum, ſulphur & mercurium, tanquam totidem pugiles, nexuum naturalium defenſores, pariter ac (NB) deſtructores, reboantem!

§. 4.

§. 4.

EN denique Helmontium cum ſociis, alcali & acidum tanquam unica rerum fulcra exclamantem!

§. 5.

SEd heus, ſocii, quæſo vos omnes! itane putatis omnia plana & prona futura? nequaquam: cavete, ne agmine incompoſito, ſolutisque ordinibus, in fugam vos conjicere cogatis.

§. 6.

AGedum, o Ariſtoteles, an illa tibi vocanda videntur elementa, ſive principia prima & ſimplicia, quæ maxime compoſita eſſe certum eſt? quid multis? an non Aër conſtat ex infinite diverſis, ratione magnitudinis & figuræ corpuſculis, ſive particulis? attendas modo ad diverſiſſimas illas telluris, earumque quæ in ea & ſupra eam continentur exhalationes & effluvia, & videbis te vel ſomniare, vel delirare; taceo quod nullum fluidum (etiamſi aëre ſubtilius foret) homogeneum phyſice dari poſſit: niſi enim heterogeneitas particularum minimarum, ſeorſim juxta ſuum centrum & in omnem dimenſionem motarum, in fluido daretur, non amplius fluidum eſſet, ſed ſolidum corpus; quanquam & hoc omne heterogeneum exiſtat: ſed ſoli lucem afferre velle ridiculum foret:

§. 7.

NOn eſt, quod aërem aliquem, purum ſive primogenitum effingas, mi Ariſtoteles; non eſt, quod materiam tuam primam hic obvertas, quia tot ipſam fucis & manconiis ornaviſti præmature, ut nunc præ fœdiſſima ſordeat vetula.

§. 8.

AD Ignem ſi reſpiciamus, annon ille ſimiliter maxime eſt heterogeneus? certe vel rudis experientia veritatem evincit; alius

nempe eſt ignis urens & comburens, alius non urens nec comburens; nullus eſt, qui non fomentum exigit & nutrimentum, quæ omnia manifeſte & digito monſtrant heterogeneitatem. Adeas, o Ariſtoteles, ſolummodo pyrotechnicos, & oſtendent tibi nullo negotio, quam hæreas, velut mus in pice.

§. 9.

AD Aquam & Terram ſi accedamus, non minus res tua hic acta erit, quam illic: ſufficiet nobis, vel unicum illud ab Helmontio datum experimentum, quo oſtendit, ſalicis ramulum librarum (puta) 5, determinato ponderi terræ commiſſum, adeo intra quinquennium increviſſe, ut (vix imminuta terræ, in qua creverat, quantitate) penderet libras centum & ſexaginta novem. Terrarum inſuper qualitates heterogeneas norunt ipſi Ruſtici, ita ut, o Ariſtoteles, dignus ſis hac in re, qui digitis monſtreris & dicaris, hic eſt, qui quiſquilias offert & nugamenta.

§. 10.

SEd pergimus ad mancipium illud Ariſtotelis, Galenum volumus, ut etiam cum ipſo arma conferamus, ea ſpe & fiducia freti, ut coitione prima (quæ plerumque acerrima eſt) feliciter, niſi fallimur, peracta, facilius eum convincamus.

§. 11.

QUid ergo eſt, ô Galene, quod qualitatem vocas calidam, humidam, frigidam, ſiccam, &c.? an ſunt lares, ſive intelligentiæ quædam, intra propriam ſphæram conſtitutæ? an vero ſunt corpora (illud ſi velis, dicas nobis, quæſo, quo eveſtro, aut quibus funibus, intelligentiæ tuæ rem gerant: natura enim, teſte Ariſtotele (cujus alias veſtigia preſſo pede premis) ad officium accommodat inſtrumenta: hoc autem ſi velis, quas ergo ſupponis corporum iſtorum modificationes ad calidum, frigidum &c. percipiendum (neſcin' forte calorem, frigus, humidum, ſiccum, eſſe totidem per-

perceptiones mentis?) eaſque in humanam cognitionem introducendum? an equidem accidens eſt extra proprium ſubjectum?

§. 12.

ERgo quoniam in nobis (non enim iſta ſunt extra nos realia ſive poſitiva, ſed duntaxat relativa & accidentalia, reſpectu ſcilicet iſtorum effectuum) calor non orietur, niſi ſingulæ partium ſenſitivarum fibræ ſolito vehementius ſeorſim moveantur, ſive vibrentur; & ex adverſo (contrariorum enim ſimilis eſt ratio) quoniam frigus non orietur, niſi ſolita minus & languidius prædictarum fibrillarum villi moveantur atque vibrentur: quoniam denique ad humidam comparandum, inſignis aquæ (nihil enim, reſpectu corporis humani, humidum eſt præter aquam) copia requiritur, & ad ſiccum, magna terræ copia; quid eſt, quod id adſcribas, o Galene, rebus, quod revera in ipſis non eſt, ſed unice relationem habet ad Hominem?

§. 13.

ADſis nunc tu, o Paracelſe, ut tecum, debellatis cœteris, tandem etiam manus conſeramus. En ergo primum impetum! Saliane ſunt, experientia teſte, diverſiſſima, reſpectu conſtantiæ, rigiditatis, figuræ, diametri &c. aliudne eſt ſal commune, aliud ſal gemmæ, aliud ſal ammoniacum, aliud nitrum, aliud vitriolum, aliud nitroſum eſſentiale, aliud alcali volatile & fixum, aliud urinoſum, & ſic propemodum in infinitum? iſtudne ergo dicendum eſt elementum, ſive principium purum & primum? pudeat te & adeas ad furcas (ut cum Livio loquar) candidas!

§. 14.

SUlphur, dii boni! quantis non diſcrepat modis? aliud eſt ſulphur nativum, aliud artificiale, carbonum foſſilium, ligneorum, cinnabaris, antimonii, vitrioli, papyri, & ſimilium innumerabilium; quorum omnium ſulphurum diverſus cum ſit operandi modus, res ipſa clamat, non ſimplicitatem hic, ſive homogeneitatem partium adeſſe, ſed inſignem heterogeneitatem.

§. 15.

MErcurius tuus, o Paracelſe, ut ut diverticula alia quæras, nihil aliud cum ſit, quam fluidum illud corpus metallicum, quod ex terræ fodinis pluribus (imprimis autem Hungaricis eruitur) variæ profecto eſt conſtitutionis, nec in vegetabilibus animalibus aut marinis reperiri poteſt; quapropter ex elementorum numero prorſus excludendus. Eleganter hunc in finem Rob Boyle in chymiſta ſceptico, §. 1. part: 4. ita loquitur; reperio præclaros (alias) *Auctores, quales ſunt Raimundus Lullius, Paracelſus, & alii, terminis in ſe adhibitis adeo abuti, ut, ſicuti aliquando rebus diverſis idem nomen imponunt, ita ſæpe rem unam, multis nominibus inſigniant, quorum etiam nonnulla ſunt ejusmodi, ut multo magis proprie diſtinctum aliquod alterius generis corpus ſignificent; quin imo in ipſis vocabulis technicis conturbanti huic licentiæ frænum non injicinnt, ſed eandem ſubſtantiam, modo ſulphur, modo mercurium appellant.*

§. 16.

NUnc denique etiam tu, o Helmonti, cum aſſeclis tuis, nobiſcum deſcendas in arenam, ut periculum faciamus, quid ſors belli datura ſit, alterutra ab parte! quid, obſecro, eſt alcali? quid acidum? annon primo & ſtricte, alcali eſt dicendum, quod ex Herba Cali, quæ copioſe creſcit in Egypto, elicitur, concrematione, ſive incineratione & elixiviatione? annon ſenſu lato & univerſali, vocabulum alcali dicitur omne illud ſal, quod cum acido efferveſcit, quodque ſyrupo violarum, vireſcentem affert colorum? &c. annon ſimiliter acidum id dicitur, quod cum priore pugnam excipit, ſcindit, & corrodit? Quotuplicia vero, dii immortales, hæc non ſunt ab utraque parte ſalia & acida?

§. 17.

NOlite autem vos omnes, elementa ſive principia certa ſtatuentes, ingenia veſtra ulterius torquere! nolite inquam: nam, nulla

nulla ſunt in rerum natura ſimplicia, ſed omnia compoſita: poſtquam enim Deus omnia creavit ex nihilo, motu introducto, vanum foret & ridiculum, in rebus corporeis, ſimplicitatem abſolutam deſiderare; contradictionem enim hoc dogma involvit phyſice manifeſtam: quapropter, ne prolixiores ſimus quam oportet, noſtram aperiemus (ſalvo aliorum judicio) mentem, dicendo, nullam faciliorem eſſe viam ad interiora rerum perſcrutanda, quam obſervando diverſas particularum, (ex quibus omnia ſunt compoſita) magnitudines, figuras, rigiditates, flexibilitates, irregularitates, cohæſiones adeoque varias determinationes motus: hinc enim facile explicatur, quomodo peragatur vel diviſio ſive attenuatio, vel condenſatio, ſive incraſſatio, vel emellitio, dilutio, dilatatio &c.

§. 18.

QUoniam autem plerique morbi ortum ducunt a ſanguinis humorumque craſſitie, canalium & pororum, per conſequens, oppilatione; idcirco proximo capite loqui debemus omnium primo, de attenuantibus, que medicis, alio etiam nomine, dicuntur, præparantia & digeſtiva.

CAPUT. IV.

De Medicamentis attenuantibus, ſive præparantibus, & digeſtivis;

§. 1.

PRiusquam horum medicamentorum virtus & operandi modus cognoſci poſſit, in anteceſſum ſcire oportet, quod in ſtatu naturali, ſive ſano, partium ſtabilium pori atque canales ſint ſatis aperti, ut transmittere valeant diverſi generis humores in omnem dimenſionem; iſtorumque humorum particulæ ſunt adeo accurate in ſtatu ſano ad invicem mixtæ & proportionatæ, ut nullæ earum (niſi quantum neceſſum eſt ad ſecretionem & excretionem continuandam) notabiliter extra ſphæram illam motus, juxta quam movori ſolebant, ejiciantur.

§. 2.

ASt quoniam corpus noſtrum mille modis continuo mutatur & afficitur, ſpeciatim ab aëre, cibo & potu, ſomno & vigilia, motu & quiete, excernendis & retinendis, animique paſſionibus, idcirco facile evenit, ut prædicti liquores conſuetam ſuam particularum integrantium proportionem & miſcelam amittant, ita ut homogenea homogeneis aſſocientur, motuſque fluidorum in omnem dimenſionem diminuatur; ſicque obturentur & obſtruantur partium ſtabilium pori atque canales, unde quamplurima reſultant morboſa ſymptomata v. g. appetitus imminutio, vel proſtratio, dyſpepſia, dolor, lipothymia, laſſitudo membrorum, paralyſis, inflammatio, gangræna, hydrops &c.

§. 3.

OBturantur autem & obſtruuntur pori & canales, vel acido fixo, vel ab humore viſcoſo terreſtri & auſtero, quapropter medicamenta requiruntur attenuantia, dividentia, ſive præparantia, digeſtiva, deoppilantia (ſunt enim illa propemodum ſynonyma) diverſæ natura & indolis. Videlicet, alia debent conſtare ex ſubtili ſale & volatili oleo; alia ex acido volatili, alia ex ſcabris & irregularis figuræ corpuſculis, quibus viſcidum attenuari & atteri poſſit! non ſecus ac idem fieri videmus in Mechanica per limas, cultros, ſerras, ſecures, dolabras & ſimilia inſtrumenta plura.

§. 4.

INter medicamenta ſalina volatilia cum notabili quantitate olei volatilis combinata ſimplicia ex Vegetabili regno ſunt ſequentia ſelectiora.

Cortices.

Arantiorum, limonum & chinenſium pomorum, caſſiæ ligneæ, guajaci, ſambuci, ligni ſaſſafras, ligni juniperi, cortex Winteranus, cinnamomum, ſtipites dulcamaræ.

Ligna

Ligna.

Aloës, guajaci, juniperi, colubrinum, rhodium, ſantalum album & citrinum, ſaſſafras, viſcus quercinns.

Radices.

Acori, angelicæ, apii, ari (non recentes, quia tunc ſunt nimis acres) ariſtolochiæ omnes, aſparagi, bardanæ ſive lappæ mojoris, bruſci, bryoniæ (non recentes) enulæ campanæ ſive helenii, capparum, carlinæ, cariophyllatæ, chelidonii majoris, cichorei, contrajervæ, curcumæ, cyperi longi & rotundi, taraxaci ſive dentis leonis, ebuli, eryngii filicis, fœniculi, fraxini, galangæ majoris & minoris, gentianæ, glycyrrhizæ, graminis, imperatoriæ ſive oſtrutii, iridis florentinæ, lapathi acuti, leviſtici, pœoniæ, petaſitidis, petroſelini, phu ſive valerianæ, primpinellæ, polypodii querni, raphani, reſtæ bovis, ſive ononidis, ſcorzoneræ, vincetoxicæ ſive hirundinariæ, zedoariæ,

Herbæ,

Abrotani maris, abſinthii, adianthi nigri ſive capillorum veneris, agrimoniæ, anethi ſummitates, apii, artemiſiæ, aſplenii ſive ceterach, becabungæ, betonicæ, boraginis, bugloſſæ, calamenthæ montanæ, cardui benedicti, centaurii minoris ſammitates, chamæpitidis, chærefolii, cichorei, cochleariæ, cuſcutæ, dictamni cretici, endiviæ, epithymi, eupatorii cannabini & aquatici, fæniculi, fumariæ, hederæ terreſtris, hepaticæ, hyſſopi, lavendulæ, folia lauri, linguæ cervinæ ſive ſcolopendrii, lupuli, majoranæ, marrubii, matricariæ, meliſſæ, menthæ ſativæ & aquaticæ, mercurialis, naſturtii, nepethæ, ocymi, petroſelini, primulæ veris, prunellæ, pulegii, pulmonariæ, ribeſiorum nigrorum folia, rutæ, ſabinæ, ſalviæ, paturejæ, ſcabioſæ, ſchænanthi, ſcordii, ſerpilli, tanaceti, thymi, trifolii aquatici, verbenæ.

Flores.

Anethi, betonicæ, borraginis, bugloſſæ, calendulæ, chamomillorum,

lorum, croci, geniſtæ, lavendulæ, liliorum convallium, roriſmarini ſive anthos, ſalviæ, ſambuci, ſcæneanthi, ſtœchados, violarum.

Semina.

Ammios, amomi, anethi, aniſi, apii, aquilegiæ, cannabis, cardamomi majoris & minoris, cardui mariæ, carui, carthami, cumini, dauci cretici, fœniculi, leviſtici, nuclei ceraſorum, nuclei pini, nuclei perſicorum, pæoniæ maris, petroſelini, ſileris montani, ſinapios, zedoariæ, baccæ juniperi & lauri.

Gummata.

Ammoniacum, aſſa ſœtida, ceraſorum, guajaci, maſtiche, myrrha, juniperi, opopanax, olibanum, ſagapenum, ſtorax.

Reſinæ.

Pini, abietis, therebinthinæ, picis.

Marina.

Blatta byzantina, ambra griſea, ſuccinum, corallina.

Animalia, & inſecta.

Aſelli ſive millepedes, bezoar orientalis & occidentalis, oculi ſive lapilli cancrorum fluviatilium, chelæ aſtacorum, cantharides, caſtoreum, coccionella, fel animalium, ſuccus lumbricorum terreſtrium, moſchus, mandibulæ lucii piſcis, raſura dentis apri, priapus cervi, ſanguis hirci, ſperma ceti, fimi & ſtercora animalium, urina hirci &c. zibethum.

Mineralia, Metallica & ſcabra, ſimplicia.

Antimonium crudum, chalybs, cinnabaris, cryſtallus montana, ſal ammoniacum, ſulphur, terræ diverſæ.

Compoſita attenuantia ſalino-volatilia oleoſa, primo, ex

Vegetabilibus.

Aquæ, arthemiſiæ, chamomillorum, cinnamomi, cochleariæ, fœnicull, hederæ terriſtris, hyſſopi, lavendulæ, liliorum convallium,

um, matricariæ, meliſſæ, menthæ, petroſelini, pulegii, roſmarini, roſarum, tanaceti, tiliæ.

Aquæ compoſitæ.

Alexipharmaca, lactis alexiteria, antiparalytica, antapoplectica, antepileptica, antihyſterica, vitæ Mathioli, theriacalis ſimplex & compoſita, vitæ &c.

Condita.

Corticum arantiorum, citriorum, juglandum, acori, cichorei, enulæ campanæ, eryngii, ſcorzoneræ, zinziberis, nucis moſchatæ, cariophyllorum aromaticorum.

Conſervæ.

Abſinthii, calendulæ, cichorei, menthæ, pœoniæ maris, roſmarini roſarum damaſcenarum, ſalviæ.

Electuaria.

Pſeudo-acorum, alexipharmacum, chalybeatum Horatii Augenii, diaſcordium Fracaſtorii vetuſtum, theriaca veneta.

Mella.

Mel centaurii minoris, roſmarini, roſarum, mercurialis herbæ.

Olea per deliquium.

Myrrhæ, ſalis tartari, nitri fixi.

Olea deſtillata.

Aniſi, anethi, baccarum juniperi, cariophyllorum, carui, cinnamomi, corticum aurantiorum, fœniculi, lavendulæ, macis, majoranæ, menthæ, origani, roſmarini, ſuccini, therebinthinæ, ſabinæ

Olea expreſſa.

Amygdalarum amararum, nucleorum pini & perſicorum, piſtachiorum, &c.

Elixyria.

Proprietatis Paracelſi, ſalutis anglicanum, mellis, citri, regium, vitæ, &c.

Tinctura.

Caſtorei, croci, abſinthii, enulæ campanæ, ſuccini, ſalis tartari.

Salia volatilia alcalica ex animalibus & vegetabilibus.

Cornu cervi, cranii humani, oſſium, ungularum, urinæ, fuliginis, glaſti, tartari, ſalis ammoniaci, ſal volatile oleoſum & aromaticum.

Salia fixa vegetabilium.

Abſinthii, cardui benedicti, ſcordii, geniſtæ, ſtipitum fabarum, vitium, mixtum.

Balſama vegetabilium.

Peruvianum, copaivæ, opobalſamum,

Balſama compoſita.

Aniſi ſulphuratum, therebintinatum, ſuccinatum, &c.

Pulveres ſcabri & abſorbentes animali & minerali ex regno.

Oculi ſive lapilli cancrorum, Cornu cervi præparatum, ebur uſtum, bezoardicum minerale, unicornu foſſile, corallia alba & rubra, margaritæ præparatæ, antimonium diaphoreticum album & purpureum.

Trochiſci.

Cypheos, hedychroi Galeni, de myrrha, de rhabarbaro, de ſquilla, de viperis.

Sequuntur acida volatilia attenuantia, juncta notabili copiæ, particularum nitroſarum.

Herbæ.

Acetoſa, oxytriphyllum, ſive Hallelujah, beta, braſſica, præſertim criſpa & capitata rubra, fragaria cum toto, portulaca, roſa provincialis, nymphæa alba.

Fructus.

Capparum, berberorum, mororum, ceraſorum nigrorum, fragariæ,

gariæ, paſſulæ majores & minores, poma acidiuſcula redolentia, chinenſia, aurantia, citria, pruna brignolenſia, catharinæ, damaſcena, baccæ ſambuci, tamarindi.

Succi & liquores.

Indorum Acia & Soja, acetum ſimplex, calendulatum, roſatum, ſambucinum, ſcylliticum, eſurinum Zwelferi, vinum rhenanum & moſellanum maturum, ſuccus baccarum ſambuci depuratus.

Condita.

Fructus berberorum, ceraſorum, ribeſiorum, mori, &c.

Syrupi & rob.

Berberorum, ribeſiorum, acetoſæ, de ſucco citri, ſambuci.

Pulveres.

Sal prunellæ, cryſtalli & cremor tartari, tartarus vitriolatus Tachenii, ſal polychreſtum ducis Holſatiæ, ſal febrifugum Sylvii.

Spiritus acidi volatiles.

Salis volatilis, nitri dulcis, vitrioli philoſophicus, oleum ſulphuris per campanam.

Animadverſiones generales in uſum medicamentorum ſalino-volatilium oleoſorum.

§. 1.

PEccante ſanguine viſcoſo & terreſtri, vel acidis craſſioribus onuſto, nunquam exhiberi debent ſalia volatilia oleoſa majori quantitate, vel ſæpius: certum enim eſt, humidum neceſſarium ex corpore auferri, materiam ſtagnantem exſiccari & indurari, vel pertinacius in poros canaleſque partium ſtabilium impelli anguſtiores, ubi pejora reddent ſymptomata omnia.

§. 2.

SI non ſemper, ad minimum in curationis initio, datam propter rationem, jungenda ſunt ſalina volatilia humectantibus, aliiſve temperatis; nec unquam ægri perducendi ſunt ad ſudores uberiores; id quod optime notavit, in praxi ſua feliciſſimus, Franciſcus de le Boe Sylvius, Medicinæ olim in Academia Lugduno-Batava Profeſſor famigeratiſſimus, conjungendo propemodum ſemper ſalinis volatilibus & oleoſis humectantia, vel acida volatilia, vel ſcabra & anodyna.

§. 3.

DOloribus urgentibus, nunqam utendum eſt ſalinis volatilibus oleoſis, paulo pleniore doſi: mirum enim quantum illi exinde augentnr: ratio eſt, quia materiam ſtagnantem profundius inſinuant partis affectæ poris & canalibus, nimiſque latera fibrillarum in partibus ſenſitivis expendunt.

§. 4.

QUapropter ſimilibus in caſibus tempeſtive inſtituenda eſt venæ-ſectio, & poſtea accedendum eſt ad prædictorum medicamentorum uſum.

§. 5.

NUnquam (niſi urgens alia circumſtantia exigat) purgantibus poſtponenda ſunt attenuantia, cujuſcunque demum naturæ exigantur, ſed ſemper præponenda ſive præmittenda, juxta illud Hippocratis ſect: 1 Aph: 22. Concocta (hoc eſt diviſa) purgare & movere oportet, non cruda, neque in principiis, niſi turgeant; plurima vero non turgent.

§. 6.

§. 6.

SUmma cum cautela, propinentur ſalia volatilia oleoſa (niſi pura fuerint alcalia, anodynis ſcabriſve mixta) in ſtatu morbi, ab acido dependentis: præſtat enim hic quieſcere ad aliquod tempus, criſinque expectare, vel palliare & humectare aut corroborare, quam morbi cauſam vi aggredi.

§. 7.

GRavidis mulieribus, ut & iis, qui hæmorrhagiis ſunt obnoxii, parciſſime & cautiſſime propinanda ſunt ſalina volatilia oleoſa, præſertim urinoſa; & hoc idem puta, in aſthmaticis.

Animadverſiones generales in uſum attenuantium acidorum volatilium.

§. 1.

HÆc ſemper parciore manu, quam iſta ſalina valatilia, ſunt exhibenda, ne ſanguis, qui quemadmodum lac facile coagulatur, pertinaces pariat obſtructiones.

§. 2.

IN caſu materiæ peccantis gummoſæ & viſcoſæ ſimplicis magis appropriata ſunt acida volatilia, quam terreſtris & reſinoſæ.

§. 3.

IN vomitu bilis æruginoſæ & viſcidæ frequenti cave ab acidis: quanquam enim, juxta hypotheſin veterum, bilis acrimonia corrigenda dicitur acidis, mali tamen cauſa ipſa eſt acidum in ventriculo proximiſque viis latens.

§ 4.

INfantibus aut pueris vel raro vel nunquam propinentur : habent enim hi quamplurimum acidi, vel ad minimum ſanguis & humores eorum facilius aceſcunt.

Animadverſiones generales in uſum ſcabrorum Medicamentorum.

§. 1.

HÆc apta nata ſunt, ut miſceantur tam ſalinis quam acidis volatilibus, namque per ſe languide nimis operantut.

§ 2.

NOn tuto propinantur immediate poſt uſum acidorum, præſertim ſi fuerint metallica & graviora : ventriculum enim non ſolum multum onerant, verum etiam ſæpe degenerant in naturam vitriolicam.

§. 3.

ANtimoniatis crudis acida (præprimis inter coquendum) non ſunt miſcenda, nam redduntur vomitiva.

§. 4.

ANte uſum ſcabrorum medicamentorum per ſe, ventriculus depurandus erit vomitorio, præmiſſo regimine.

§. 5.

EX enumeratis medicamentis cum plurimæ componi poſſint formulæ, ſigillatim quoque formulas explanabimus.

De

De decocto.

§. 1.

QUid per decoctum ſit intelligendum, vix valet operæ pretium declarare: notum eſt unicuique, quod ſit medicamenti ſpecies liquida iſta, quæ præſertim ex vegetabilibus ſimplicibus, puta, corticibus, lignis, radicibus, herbis, ſeminibus, fructibus & floribus, quandoque tamen etiam ex adjunctis animalibus, puta, raſura cornu cervi, ebore, &c. nec non mineralibus, v. g. antimonio, mercurio vivo, chalybe, cinnabari, &c. mediante coctione, elaboratur; ſique ultra quinque, vel ſex doſes liquoris non præſcribatur, vocari ſolet apozema; quod rariſſime præſcribi ſolet ad quatuor doſes.

§. 2.

ORdo ingredientium decocti uſu probatus & conſuetudine ſolet eſſe ſequens: primo ligna, quæ raro ultra uncias tres, præſcribi ſolent: ſecundo cortices, qui raro etiam præſcribuntur ultra uncias duas; tertio radices ad uncias quatuor; quarto herbæ ad Manipulos quatuor; quinto ſemina, ad unciam; ſexto baccæ, ad eandem doſin; ſeptimo fructus, nonnunquam ad paria 8 vel 10, ſi fuerint majores, v. g. ficus, jujubæ, ſiliquæ dulces, &c. nonnunquam ad uncias duas, ſi nempe fuerint minores, v. g. uvæ paſſulæ & corinthiacæ, tamarindi &c. octavo, flores ad pugillos 3 vel 4. nono exprimendum eſt menſtruum ſive liquoris genus, in quo decoqui debent ingredientia, v. g. an in aqua fontana, pluviali, hydromelle, vino cum aqua mixto &c. veniant primo maceranda, poſtea coquenda; decimo an ſupra ignem apertum, an vero clauſum, vel in balneo Mariæ, decoctio ſit inſtituenda, ſignificandum erit: Exemplum eſto ſequens,

℞: raſur: lign: guaj:
junip: aa ℥ij
cort: tamariſc: ʒx

gua

guajac: ℥ß
rad: ſaſſaparill: ℥ij
polyp: quer: ʒvj
apii: ℥iß
petaſitid: ʒvj
herb: ſcolop: ver: M.ij
majoran: M.j
ſem: fœnic: dulc. ʒvj
bacc: junip: ℥ß
paſſul: corinth: ℥ij
flor: chamom: M. ß
ſalis tartar: ʒj

Conſciſſa & contuſa macerentur per noctem in ſ. q. aq: comm: mane f. decoctio lenta in vaſe duplici per bihorium, ſub finem decoctionis. infunde

lign: ſaſſaf: ʒvj
ſpirit: vin: ℥ij

Relinque ſimul (ſed ab igne remota) per ſemihorium; colaturæ librar: IV add:

Aq: vit: mathiol: ℥j
oxym: ſcyllit: ℥ij

M. f. *decoctum*, quod mirifice craſſos tenaceſque humores attenuat obſtructioneſque pertinaces ſolvit ac reſerat.

Aliud *decocti*, acidi volatilis (prius enim eſt ſalinum volatile) exemplum.

℞: *rad: ſcorzon: hiſp:* ℥iv
contrajer: ʒiij
herb: acetos: M.ij
ſcord: M.j
bacc: junip: rec: ʒvj
ſem: citri ʒiij
tamarind: ℥iß

Coq. in s. q. aq. comm: ſub finem decoct: infund:

flor:

flor: borag:
bugloſs: aa. p. iij.
calendul: p. ij
cort: citr: ℥vj
colaturæ lib: iij add:
Syr: de ſucco citri q. s. ad gratiam.

M. f. Decoctum, quod in morbis malignis & febribus ardentibus maximæ eſt utilitatis, nam corroborat, ſudores movet, ſitim compeſcit, alvum modice laxat & criſi inſigniter obedit.

Animadverſiones in formulas & uſum decoctorum ſalino-volatilium.

§. 1.

INgredientia mere volatilia coctionem vix, aut ne vix quidem ſuſtinent, quia virtus eorum brevi evaneſcit; quapropter ſolummodo infundi debent in liquore calido, & extrahi, coctione peracta, & tunc quidem adhuc in vaſe bene clauſo. Immo licet utplurimum jubere ſoleamus pharmacopolis, ut decoctiones inſtituant in vaſe clauſo, tamen inſigne fit particularum ſubtilium diſpendium; niſi (modo tempus permittat) decoctio fiat vel in vaſe duplici, vel cucurbita alembico ſuo munita, mariæ balneo, &c.

§. 2.

DUra & reſinoſa ingredientia macerationem præviam neceſſario exigunt, antequam coquuntur: ſecus enim menſtruo non obſequuntur, vel vires ſuas communicant: ut autem ulterius iſti inconvenienti obviam eamus, addere ſolemus ſalia, quemadmodum patet ex decocti formula prima.

§. 3.

QUæ gelatinoſa ſunt & reſinoſa, omnium primo ſunt coquenda: non enim alias rite extrahuntur; nota quoque quod minori doſi

ſi ſint addenda, ne glutinoſum & viſcidum ac per conſequens nauſeabundum reddant decoctum.

§. 4.

ATtenuantibus etiam inſigni cum fructu junguntur, inter coquendum, purgantia, pari propemodum paſſu ut ambulent diviſio & evacuatio. Hunc in finem eligendæ ſunt radices polypodii querni, radices hellebori nigri, herba fumaria, agaricus & ſimilia, cavendo tamen, ne tanta quantitate addantur, ut vehementiores & crebriores ſingulis diebus producant ſedes.

§. 5.

USitata liquoris ſive menſtrui proportio ad ingredientia ſolet eſſe pondus ſextuplum, ſi tamen ingredientia fuerint aliquantum compactiora vel acriora, pondus requiritur octuplum vel decuplum.

§. 6.

NOta, quod æſtivo tempore quantitas decocti ſuperare non debeat uncias triginta ſex: ne calore nimio ſitus contrahatur, & corrumpatur medicamentum.

§. 7.

NOn ſemper opus eſt, ut, juxta datam ſeriem, ligna, cortices, herbæ, radices &c. decoctum ingrediantur; ſufficiunt eorum nonnulla appropriata potentiora: ſic ex guajaco, radicibus ſalſaparillæ & petaſitidis, angelica & liquiritia ſolis, ſatis egregium formari poteſt decoctum attenuans & ſudoriferum.

§. 8.

ANtimonium crudum, contuſum, ſed in petia ligatum, tempore decoctionis intra vas ſuſpenditur egregio cum fructu, in morbis

morbis chronicis & venereis, præſertim ſi addatur portio aliqua ſalis alcali fixi.

§. 9.

DEcocta raro præſcribuntur, niſi in morbis chronicis, aliquando tamen etiam in acutis.

§. 10.

INgredientia ſæpe veniunt mutanda, ne corpori nimis evadant amica & conſueta.

§. 11.

DOſis decoctorum eſt ordinarie ad ℥iv vel vj, mane & veſperi, vacuo ventriculo, manendo (ſi fieri poteſt) per horam unam vel alteram ſub ſtragulis, vel deſuper ad levem ſudorem ambulando.

De Vino medicato attenuante.

§. 1.

HOc medicamenti genus, adinventum eſt pro delicatioribus, nec a priori decocto differt, niſi quod loco decoctionis ingredientia ſolummodo infundantur & macerentur in liquore vinoſo, v. g. vino gallico albo, rhenano maturo, hydromelle, &c.

§. 2.

DE ordine, ſive ſerie ſervanda in præſcriptione ingredientium nihil dicemus, quia ſimilis eſſe debet priori, quapropter ſufficiet unum vel alterum exemplum, v. g.

℞, *Lign: junip:* ℥ij
ſaſſafr: ℥iß
cort: med: ſamb: ʒx
rad: enul: camp: ℥ß
irid: flor: ʒij
galang: min: ʒiij
zedoar: ʒij
ſem: cubeb: ʒj
fœn: dulc: ℥ß
cardam: min: ʒjß
herb: card: ben: M. j

Conſciſſa & contuſa irrorentur ſpiritu vini tartariſato, poſtea infundantur in ſ. q: vin: generoſi rhenani, vel muſti fermentantis; relinquantur, uſquedum fermentatio ceſſaverit; tunc vinum, per ſubſidentiam clarificatum, uſui exbibeatur. Doſis eſt ad ℥iij vel iv, vacuo ventriculo, in appetitu proſtrato, hydrope, aliisque morbis frigidis. Vel

℞. *Cort: citr.*
aurant: aa ℥iß
rad: angel:
imperat: aa ℥ß
ſalſap: ℥j
herb: roſmar: M. j
ſem: fœn: dulc: ℥iij
uvar: corinth: ℥ij
croci ℈ij

Conſciſſa, & infuſa in ſ. q. hydrom: generoſ: macerentur per xxiv horas. Doſis eſt, ut ſupra, in affectionibus ventriculi & capitis frigidis.

Animadverſiones in vina medicata attenuantia.

§. I.

OPtimo cum fructu ſimul infunduntur nonnulla purgantia v. g. ſenna, rhabarb: aloë, &c. nec non limatura chalybis & ſal tartari, ſed hæc delicatulis arridere non ſolent.

§. 2.

§. 2.

NOta, quod diu continuari non debeant, quia ſimul valde exſiccant, homineſque ad ebrioſitatem lento gradu deducunt.

§. 3.

NOn ſemper ſolummodo infunduntur ingredientia, verum etiam digeruntur, coquuntur & ebullire permittuntur, quo modo in Germania, Coloniæ Agrippinæ, varii generis vina medicata, v. g. enulatum ſalviatum, roremarino nobilitatum &c. parari ſolent.

§. 4.

AD eandem normam fieri poſſunt tincturæ aromaticæ cum ſpiritu vini, tuncque nomen acquirunt aquarum vitæ compoſitarum.

De Mixturis attenuantibus.

§. 1.

MIxturæ vulgo componuntur ex aquis deſtillatis & compoſitis aromaticis, tanquam pro baſi; poſtea adduntur tincturæ, elixiria, infuſa, pulveres & ſyrupi, vel mella & oxymella.

§. 2.

RAro præſcribuntur aquæ ultra ℥vj vel viij, pulveres ultra ʒj, tincturæ ultra ʒvj, olea ad gutt: iv vel vj elixiria ad ʒj, ſyrupi ad ʒvj vel ℥j. præſertim pro fœminis, quæ ex nimia dulcedine facile patiuntur paſſionem hyſtericam.

§. 3.

EXemplum eſto ſeq.

℞. *Aq: menth:*
fænic:
hyſſop: aa ℥iß
ther: ſimp: ʒx
elix: prop: Par: ℈ij
ocul: canc: pp: ʒj
ol. mac:ſtill: gutt: iij
ſp: ſal: dulc: gutt: iv
ſyr: de card: ben: ℥ß
M. vel

℞. *Aq: meliſs:*
cort: arant: aa ℥ij
vit: Math: ʒvj
antim: diaph: ʒj
tinct: croc: ℈iv
ſal: prun: ℈j
ol: menth: gutt: iv
ſyr: 5 rad: ʒvj
M.

Doſis eſt ad cochlearia duo vel iij ſingulis horis, vel bihoriis, aſſumenda.

Animadverſiones in formulas mixturarum attenuantium.

§ 1.

MIxturæ tales excogitatæ ſunt commoditatis & gratiæ ergo: pauca enim quantitate, ſed iterato cum aſſumi debeant, nauſeam nullam ægroto, ut ut delicatulo (niſi forte Medicus imperitus non noverit veram præſcriptionis methodum) conciliant, ſed inſenſibilem tranſpirationem lente, ſed conſtanter promovent, materiamque peccantem abſque notabili moleſtia corrigunt.

§. 2.

ACidiuſcula, nempe volatilia, qualis eſt aqua prophylactica Sylvii, ſpir: nitri & ſalis dulc: mixturas reddunt valde temperatas,

ratas, ſed non magna quantitate addenda ſunt: ſufficit levis eorum ſapor, qui ſitim ſedat, & cor refocillat, præprimis in morbis ardentibus.

§. 3.

OPiata mixturis juncta, præſertim doloribus urgentibus, ſunt τῶν θεῶν χεῖρες, ſudoreſque facilitant.

§. 4.

SUb tempus dormiendi dupla doſis mixturæ ſumenda eſt, quia ad quietem compoſito corpore, vires melius diſtribuuntur & conſtantius operantur.

De Hauſtibus attenuantibus.

§. 1.

NUlla eſt inter mixturas & hauſtus differentia alia, quam quod dimidiata doſi, ſimul & ſemel evacuari debeant, mixturæ vero cochleatim & iteratis vicibus: quapropter, ne multiplicemus entia citra neceſſitatem, verbo tantum dicimus, doſin hauſtuum tranſcendere non debere quantitatem unciarum quatuor, vel quinque ad ſummum, ne ingrata & nauſeabunda reddatur potio, e. g.

℞: *Aq: fœnic:*
puleg: aa ℥j
ſpir: carm: ſylv: ʒvj
tinct: croc: ʒß
bezoard: min ℈j
ol: cinnam: gutt: iij
ſpir: ſal: dulc: gutt: iv
ſyr: de mantha ℥ß
M. f. Hauſtus.

vel ℞. *Aq: cort: arant:*
cinnam: aa ℥iß
ther: ſimpl: ʒß

tinct

tinct: caſtor: gutt: xij
antim: diaph: ℈j
ol: tart: per deliq: gutt: iv
ſyr: de ſucco citri ℥vj
M. f. Hauſtus

Animadverſiones in Hauſtus attenuantes.

§. 1.

MAgna cum ἐυφορία ſumuntur tales hauſtus, horam unam vel ſeſquihoram, poſt aſſumptionem decocti: calcar enim huic addunt; ſicque vis unita, fortior evadit.

§. 2.

COntra febres omnes intermittentes, feliciter propinantur bihorium ante paroxyſmum, modo materia peccans, univerſalibus præmiſſis, rite fuerit præparata.

De Bolis attenuantibus.

§. 1.

BOlus dicitur medicamentum ad mellis craſſioris, vel conſervæ conſiſtentiam redactum, & ordinarie ex pulpis, conſervis, electuariis, pulveribus, & ſyrupis componitur: quantitas ejus rariſſime excedit drachmas duas, quia ſecus incommoditatem gignit, in deglutiendo. Methodus autum præſcribendi conſtare poteſt ex ſeqq.

℞. *diaſcord: Fracaſt:* ʒj
antim: diaph: ʒß
croc: gr. xij
ſal: card: ben: gr. xvj
ol: mac: ſtill: gutt. iij
M. f. Bolus. Vel

℞.

℞. *Conſerv. menth.*
abſinth: aa ℥ß
ocul: cancr: pp. ℈j
ol: carui
carioph: aa gutt. ij
tart: vitriol. ℈ß
M. f. Bolus.

Animadverſiones in bolos attenuantes.

§. I.

NOtant practici, quod medicamenta, ſub forma boli ſumpta, melius retineantur, nec vomitu rejiciantur; quapropter contra vomitum ipſum, choleram humidam, colicam paſſionem, &c. præſcribi ita ſolent; verum hæc regula non eſt abſolute generalis.

§. 2.

SI addantur bolis ſalia, vel acida, in cochleari argenteo diu detineri non debent, ſed immediate ſumantur ex cochleari ſtanneo, vel vaſe porcellano: nam alias cupri quædam particulæ, argento adhuc mixtæ, combinarentur, & ægro nauſeam conciliarent vel vomitum.

De pulveribus attenuantibus.

§. I.

COmmoditatem magnam præbet ægroto pulvis, quia exigua quantitate cum diverſis liquoribus datus inſignes præbet effectus. In animadverſionibus paulo poſt ſequuturis dicetur, quisnam debeat eſſe non uſus ſolum pulverum, verum etiam quæ in componendo quantitas. Norma interim formulæ eſto ſequens:

℞. *troch: de myrrh.* ℈j
ſal: prunell. ℈ß
antim: diaph: gr. xv
M. f. Pulvis pro doſi.
vel
℞. *Succin: pp.* ℈j
borac: ven: gr. xv
ras: dent: apri. ℈ß
ſal: card: ben: gr. xv
ol: mac: ſtill: gutt. v
diagrid: gr. iv
M. f. Pulvis pro doſi.

Animadverſiones in pulveres attenuantes.

§. 1.

RAro aut nunquam, præſcribendus eſt pulvis ultra ſcrupulos duos, quia magnum deglutiendo parit faſtidium.

§. 2.

QUotiescunque primæ corporis viæ, hoc eſt, ventriculus & inteſtina fuerint (indicantibus ſymptomatibus) viſcoſo humore obſeſſa, commodius præſcribuntur pulveres, quam vel mixturæ vel hauſtus, quia ſcabræ pulverum particulæ, melius humori viſcido adhærendo, facilius eum dividunt, accedente ventriculi contractione naturali, ejuſque per reſpirationis organa commotione.

De pilulis attenuantibus.

§ 1.

MAſſa pilularum formari poteſt vel ex ſimplici gummate aut reſina, vel ex compoſito quodam extracto glutinoſo; vel ex pulvere ſolo gummatoſæ aut reſinoſæ naturæ, adjecto ſolvente appropriato; v. g. aquoſo in gummoſis aut acido; ſpirituoſo vero in reſinoſis.

§. 2.

§. 2.

ACcommodare ſeſe debet Medicus circa has formulas palato ægrotantis, quia nonnulli deſiderant magnas, ſed paucas, alii vero minutiſſimas, licet numero plures. Exemplum vero triplex ſequens ſufficere poteſt propoſitionis methodo.

℞. *Gumm: galb: cum aceto diſſoluti & præpar:*
maſtich: elect: aa. ʒß
caſtor: opt:
myrrh: lucid: aa. ℈j
ſuccin: alb: gr. xv.
croc: opt: ℈ß
aloës roſat: ʒß
troch: alb: ℈j
ol: fœnic: ſtillat: gutt: vj

M. f. Maſſa pilularum, quæ B. Sylvio dicitur peculiaris pro pituita viſcida. Et profecto, reſpondet titulo effectus. Doſis eſt a ℈ß ad ʒß.

Vel

℞. *Gumm: ammon: vino rhenano depur:* ℥ij
Vitriol: martis ad rubedinem levem calcinati ℥ß
ſcammonii ſulphurati ʒvj
ol: menth: gutt: xij.

M. f. Maſſa pilularum, quæ martiales dicuntur. Doſis eſt a gr. v. ad ℈j

Vel ℞. *Gumm: galb: aceto ſcyll: ppt.* ℈ij
vitriol: mart: ad albed: calcin:
maſtich: aa. ℈j
caſtor: opt:
myrrh: rub: aa. gr. xv
croc. ℈ß
troch: alhand. ʒj
res: jalap:
ſcammon: aa. ℈j
ol: cort: citr. gutt: vj.

M. f. *Pill*: no. L.

Doſis eſt à ℈ß ad ℈j.

Animadverſiones in pilulas attenuantes.

§. 1.

QUotieſcunque pilulæ diutius ſervandæ, ſalia ex iis ſunt elimanda: aut enim virtutem ſuam amittunt, aut ſolvuntur; præſtat etiam olea ſtillatitia maſſæ pilularum admiſcere, ad extemporaneum uſum.

§. 2.

QUemadmodum pulveres, ita pillulæ viſcidam materiam melius ſolvunt, quia diutius morantur in primis corporis viis.

§. 3.

ASt nota, nos nominaſſe primas corporis vias, quæ pilulis facilius purificantur, verum non idem æque facile obtinetur in partibus fluidis, aliiſve ſtabilibus a ventriculo & inteſtinis remotioribus: tunc enim præ pillulis excellunt fluida, vel boli.

De Julapiis attenuantibus.

§. 1.

JUlapium dicitur medicamentum illud fluidum, quod ex radicibus ſubtilioris vel mollioris notæ, ſimiliſque farinæ herbis, floribus & nonnunquam fructibus, mediante coctione utplurimum (fieri enim poſſunt alias julapia extemporanea) compoſitum, ſyrupo aliquo acido & ſpiritu ejuſdem notæ nobilitatum, raro ultra quantitatem unciarum XXIV præſcribi ſolet, ſiquidem brevi temporis ſpatio, præſertim æſtate, corrumpuntur & aceſcunt. Exempla formularum, quæ quodammodo cum decoctorum formulis conveniunt, ſint ſeqq.

℞.

℞. *Rad: ſcorzon: hiſp:* ℥iij
contraj: ʒij.
liquirit: ʒiij.
herb: acetoſ: M. ij
meliſs:
ſcord: aa. Mß.
tamarind: ʒvj.

Coq. in 1. q. aq: comm: ſub finem decoct: infund:

flor: borag:
bugloſs:
calend: aa. M.ß.
Pomor: citr. no. ij
colat:: ℔ij add:
Syr: de card: ben. q. s.
M. f. Julap. Vel

℞. *Aq. hord.* ℥x
meliſs: ℥viij
roſar:
cinnam. aa. ℥ij
ther. ſimpl: ʒx
confect. alker: ʒv.
tinct. croc. ʒij
rob. ſambuc. ℥j
ol. ſulph: per camp. gutt. v.

M. f. julapium extemporaneum.

Animadverſiones in julapia attenuantia.

§. 1.

OLim, ſitis extinguendæ, ſanguiniſque refrigerandi ergo, præſcribi ſolebant julapia, præſertim in regionibus calidioribus; poſtea demum etiam noſtris frigidis in regionibus uſu recepta ſunt,

nec quidem ſine ratione, dummodo acidorum doſis & natura rite obſervetur.

§. 2.

SAltem ſpiritus, vel oleum vitrioli, quo plerique non ſolum quondam, verum etiamnum hodie uti ſolent, nobis eſt ſuſpectum vehementer, quia corroſivum nimis eſt, & reſpectu corporis noſtri nimis fixum; alia res foret, ſi ſubſtitueretur ſpiritus vitrioli philoſophicus, vel alius ſpiritus acidus volatilis & dulcificatus.

De Conditis attenuantibus.

§. 1.

DIfficultas, quam parit vero Medico ægrorum ad oblata recta medicamenta faſtidium, procul dubio anſam dedit formulis conditorum; cordate tamen ut loquamur, abſtinendum eſt ab iiſdem, quantum poſſibile, quia cruditates ventriculo, poſteaque ſanguini & humoribus inſignes pariunt: Exempla tamen ſint ſeqq: ex cæteris meliora:

℞. *Conſerv. flor. calend.* ℥iß
cortic. aurant. condit. ℥j.
rad. zinzib. cond. ʒx
confect. alker. compl. ℈iv.
ol. cinnam. gutt. x.
ſyr. carioph. arom. ℥ß

Contuſis craſſioribus in mortario marmoreo,
M. f. Conditum, quod eſt gratiſſimum, conducens imbecilli ventriculo, debilitati virium & impotentiæ ſecretæ. Doſis eſt ad magnitudinem nucis juglandis, mane & veſperi. Vel

℞. *rad. eryng.*
acor. condit. aa. ℥j.
nuc. moſch. cond. ʒx
cort. arant. cond. ℥ß
ſpec. diambr. ℈ij.
ſyr. de tunic. q. s.

M. f.

M. f. Conditum, quod egregie vires refocillat.

Animadverſiones in condita attenuantia.

§. 1.

USus conditorum non debet eſſe diuturnus, propter rationes ſupra in titulo de conditis datas.

§. 2.

IMprimis caute præſcribantur condita mulieribus, quia dulcia ſunt & ſuffocationi uterinæ anſam præbent, ſpeciatim ſi confectio alkermes completa addatur, hoc eſt, cum ambra & moſcho.

§. 3.

BOno cum ſucceſſu poſt conditi aſſumptionem hauritur cyathus vini malvatici vel canarienſis, hogelandici, vel alius notæ melioris maturi, ſed abſtinendum eſt ab vino rhenano, acidioribuſve vinis, præſertim rubris.

De balneis attenuantibus.

§. 1.

DIvidimus Balnea more medico (non veteri & Romano, nam de his conſulendi ſunt hiſtoriæ Romanorum, imprimis Roſinus, Mercurialis de arte gymnaſtica. &c.) in humida & ſicca. Utrumque tamen ulterius dividi poterit in ſimplex & compoſitum.

§. 2.

SImplex dicitur, quod paratur ex aqua ſola, ſive dulci, quemadmodum pro hecticis & emaciatis corporibus, ſive ſalſa marina, ut in ſcabiei diverſis ſpeciebus. Compoſitum autem balneum fit ex radicibus ad ℔ iv; corticibus ad ℔ ij, lignis ad ℔ ij, herbis ad M. x vel xij; ſeminibus ad ℔ß, floribus ad M. iv. baccs ℔ j. Exempli gratia:

℞.

℞. *Cort. guaj.* ℥xvj.
rad. alth.
petaſit. aa. viij
bryon. ℥ij
herb. majoran.
roſmar.
lavend.
alth. aa. M. ij
bacc. junip. ℥iij
laur. ℥iv.
ſem. cumin. ℥iß
flor. chamom.
melil.
ſambuc. aa. M.iß
ſulph. viv. ℥iv
ſal. ammon. ℥ij.

Coq. in ſ. q. aq. comm: in aheno, ſtanno obducto, ſed optime clauſo, per horam, poſtea vapores excipiantur calidi, ſtragulis ſuperimpoſitis undiquaque, poſtea partes affectæ in balneum ipſum immittantur. Siccum autem, quod etiam dici ſolet Laconicum, inſtituitur ſequenti modo: Capſula quædam efformanda eſt inſtar tentorii, ex aſſeribus & charta craſſiore, ita ut æger ſellæ inſidens eadem comprehendatur totus, excepto capite; tunc vas terreum cum ſpiritu vini intromittatur, hicque accendatur: ita enim vapores ſpiritus vini ad corporis ſuperficiem magno impetu allidendo penetrant, humoreſque ad glandulas ſubcutaneas majore copia propellunt, hoc eſt ſudores proliciunt. Alii quoque feliciter balneum ſiccum inſtituunt in vaſe ampliore cereviſiario (*Belgis in een kuip*) ſed tentorii in modum cooperto, & lapides igniri faciunt atque intromiti, in quos conjiciunt vel ſpiritum vini, vel decoctum herbarum fragrantium & ſudoriferarum.

Animadverſiones in Balnea attenuantia.

Niſi corpus rite fuerit ante uſum balneorum, præprimis ſiccorum præparatum, ſummo ſæpe cum periculo & ſanitatis detrimento

mento uſurpantur: etenim ſudore copioſo, ſerum ſanguinis meliorque fluidi portio cum deperdatur, non niſi craſſa viſcoſa & terreſtris remanet materia, quæ, præſertim in anguſtioribus canalibus, ſtagnando, producit vel atrophiam, vel paralyſin, vel hydropem.

§. 2.

IN morbis venereis gravioribus, mercurialibus magna copia præmiſſis, nunquam balnea ſicca ſunt adhibenda: namque per ſalivationem continuatam tantum lymphæ amiſſum eſt, ut ſanguis ea indigeat, adeoque denuo non depauperanda ſit balneis ſiccis.

§. 3.

TEmpore balnei maxime conducit cardiacum temperatum, v. g. juſculum carnis cum croco & taleolis citri vel arantiorum, mace, &c. vel vinum canarienſe, vel rhenanum maturum cum cinnamomo, croco & pauxillo ſacchari.

§. 4.

PRæterquam quod humida balnea ſiccis multis modis ſint præferenda, etiam hoc notandum venit, quod metallica & mineralia nonnulla, decoctionibus cæterorum vegetabilium addita, æmulentur balnea naturalia, qualia ſunt in Germania, Suecia, Dania, Italia, Gallia, Anglia, Turcia, &c. quamplurima diverſæ naturæ. Recte ergo Verulamius lib: de augm: ſcient: ita loquitur: *Inter præparationes Medicinarum mirari ſubit, (præſertim cum Medicinæ ex mineralibus a chymicis in tantum evectæ & celebratæ ſint, cumque tales Medicinæ tutius adhibeantur ad exteriora, quam intro ſumantur) neminem adhuc inventum, qui, per artem, thermas naturales & fontes medicinales imitari annixus fuerit; cum tamen in confeſſo ſit, thermas illas & fontes virtutes ſuas ex venis mineralium, per quas permeant, nanciſci; quin etiam in manifeſtum hujus rei exemplum bene norit humana induſtria diſcernere & diſtinguere per ſeparationes quaſdam, ex quo genere mineralium, hujuſmodi aquæ imbuantur, veluti an ex ſulphure, vitriolo, chalybe, aut aliquo*

ſimili; quæ naturalis aquarum tinctura, ſi ad artificioſas compoſitiones reduci poſſet, fuerit in poteſtate hominis, etiam plura genera earum (prout uſus poſtulat) effingere, & temperamentum ipſorum, pro arbitrio, nempe recto, regere.

§. 5.

POſt uſum balnei corpus anxie præſervandum eſt ab frigore aëris, beneque mappis & ſtrophiolis abſtergendum, lectoque committendum.

De Clyſtere attenuante.

§. 1.

LIcet clyſteres ſive enemata ordinarie præſcribantur ad fæces alvinas evacuandum, attamen nonnulli eorum dantur, qui ratione ingredientium ſuorum ſalino-volatilium oleoſorum materiam viſcoſam non ſolum inteſtinis craſſis ſive inferioribus attenuant, verum etiam in tenuibus, ſive ſuperioribus, nec non in renibus aliiſque partibus, dividunt & diſſipant: exempla hujus rei quamplurima reperire licet in Practicorum obſervationibus, imo, quod magis rarum videri poſſet, dantur clyſteres inebriantes, ſoporiferi, febrifugi, &c. Ordo autem ſive ſeries ingredientium eſt eadem fere, quæ apozematis, doſinque colaturæ non licet extendere ultra libram unam; v. g.

℞. *rad. angel. ver.* ℥j
bryon. ℥ß
herb. malv.
alth.
majoran. aa. M.j
bacc. junip. ʒiij
ſem. cumin. ʒx
ficuum No. x

Coq. in s. q. aq: comm: ad ℥x. Colaturæ add:

elect. ſydrag. Sylv. ℥ß.
balſ. ſulph. aniſ. ℥ß.
ol. rut. ʒij.
M. f. Enema.

Vel

Vel

℞. *Lign. ſaſſafr.* ℥ß
rad. helleb. nigr. ʒiij
enul. camp. ℥ß
herb. meliſs.
abrot. maris aa. M. ß
malv. M. j
flor. chamom. P. iij
bacc. laur.
junip. aa. ʒiij

Coq. in s. q. aq: font: ſub finem decoctionis addendo
vin. gener. gall. ℥iv
colaturæ ℥x add:
elect. diaphœn. ʒvj
croc. ʒß.
M. f. Clyſter.

Animadverſiones in clyſteres attenuantes.

§. 1.

CRaſſiora inteſtinorum ſcybala prius ſunt clyſtere quodam emolliente evacuanda, quam attenuantes injiciantur clyſteres, ne particulæ eorum activæ fœcibus ſuffocentur & involvantur.

§. 2.

LIcet in inteſtinis craſſis pauca ſolummodo & exilia reperire licet vaſa lactea, per quæ virtus clyſterum deferri debet ad partes remotiores, tamen videmus effectum inde inſignem: nam vapores clyſteris calidi quærunt ſibi vias in omnem dimenſionem, imo per conniventem valvulam coli ſurſum ſcandunt ad inteſtina ſuperiora.

§. 3.

NOta, quod mulieribus, primis & ultimo geſtationis menſibus, circumſpecte debeant applicari, ne abortiantur; quapropter

 tunc

tunc ab omnibus acrioribus & ſtimulantibus eſt abſtinendum: nam inter veſicam urinariam & inteſtinum rectum locatus eſt uterus cum annexis, quæ facile in conſenſum attrahuntur.

§. 4.

Attenuantibus emollientia fere ſemper ſunt addenda, ne inteſtinorum fibræ motrices nimis vellicentur, irritentur, aut inflammentur, ita ut nulla tandem ſuccedat operatio, vel etiam reſultet gangræna.

De Cataplaſmatibus attenuantibus.

§. 1.

Veteribus cataplaſma vocari ſolebat malagma, quod eſt topicum quoddam medicamentum ad pultis craſſioris conſiſtentiam redactum, cujus ingredientia reſpondent ingredientibus decoctorum, ſed minor quantitas liquoris addenda eſt inter coquendum, & omnia minutim ſunt conſcindenda, ut conſiſtentiam veram pultis adipiſci poſſint; etiam addenda eſt mica panis albi, vel farina ſeminum mucilaginoſorum, v. g. fœnu græci, lipinorum, fabarum, &c., v. g.

℞. *Rad. cucum: aſin:* ℥iſs
bryon: ʒx
lilior: alb: ℥ij
fol. ſcord:
phelland: aa. M.iſs
flor. chamom:
melilot: aa. P: iij.
ſem: cumin: ʒvj
lin: ʒij
bacc: junip. rec: ℥iſs

Coq: in s. q. aq. comm. poſtea contund: in mortar: lapideo, trajiciantur per ſetaceum rarum, poſtea add.

ther: vet: ʒij
ol: aneth: ℥j
croc: ʒj
cæpar: ſub ciner: toſtar: No. ij.
M. f. Catapl. Vel

℞. *farin: lupin:* ℥iij
ſem: lin: ℥j
herb. abſinth.
marrub: aa. M. j
bacc. laur.
junip: aa. ℥ß
ſulph. viv. ℥j

Coq. in s. q. aq: comm: poſtea add:

myrrh: pulver: ʒvj.
fim: vaccin: ℥ij.
M. f. Catapl.

Animadverſiones in Cataplaſmata attenuantia.

§. 1.

SI inflammatio & tumor adfuerint, ex cataplaſmatibus omittenda ſunt olea & pinguia, imo & acriora & calida: vel enim hinc augetur inflammatio, vel ſuppuratio producitur, quæ incommoda bina temperatis præcaveri poſſunt & debent.

§. 2.

ATtenuantibus cataplaſmatibus, ipſo in applicationis actu, prudenter adduntur vel *ſpir: vin: ſimp:* vel *camph:* vel *aq: theriacalis,* inprimis præſente inflammatione, ſed exigua quantitate.

§. 3.

EX ſolis fimis, ſive ſtercoribus animalium, egregia fiunt cataplaſmata; quia copioſis ex particulis oleoſis ſimul & nitroſo-

ſalinis conſtant, confirmante hoc non ſolum odore & ſapore (qui tamen nonnullis fœdi ſunt atque moleſti) verum etiam congregatione nitri, ſulphuris, noctu vel locis in obſcuris, lucentes ſalini, quod hodie (chymice elaboratum) dicitur phoſphorus. Inter hos fimos eminent vaccinum, equinum, anſerinum, columbinum, hirundinum, &c. ſed tamen, quia per ſe ſunt admodum calefacientes, præſtat alia temperata ipſis conjungere.

§. 4.

FOmentationibus & epithematibus fluidioribus recte junguntur cataplaſmata, quia hæc alias calore corporis nimis exſiccantur, & quidem brevi temporis ſpatio, niſi decoctionibus appropriatis humectentur.

De Sacculis attenuantibus.

§. 1.

COmponuntur ſine diſcrimine (hoc eſt, non admodum anxie obſervata ingredientium doſi, modo adfuerit eorum reſpectu congruentiæ proportio) ex raſura lignorum, pulvere radicum, herbarum, florum, ſeminum, baccarum, arenæ & ſalis communis, quæ omnia linteaminibus raris duplicatis incluſæ & conſutæ calide variis corporis partibus cum fructu imponuntur, v. g. in aſthmate, colica paſſione, pleuritide, cephalalgia, contuſionibus, &c. exemplum ſit ſeq.

℞. *rad.* *angel: ver:* ℥iß
hord. *germinant:* ℥vj
herb: *menth:*
majoran. *aa* M. j
flor: *chamom:* M. ß
bacc. *junip. rec.* ℥iß
ſem. *cumin.* ʒiij
ſal. *commum* M. j
arenæ *cribrat:* ℥iij.

Coſ-

Conſciſſâ & pulveriſata ſ. a. inter linteamina conſuantur pro duobus Sacculis.

Vel

℞. *Herb: ſalv.*
roſmar. aa. M.j
rad. irid. flor. ℥ß
gentian. ʒvj
flor: lavend. p. iij
chamom. M.ß
ſal. comm. ℥ij
arenæ cribr. ℥iß.

M. f. Species pro duobus Sacculis, ut ſupra.

Animadverſiones in Sacculos attenuantes.

§. 1.

DUo ſemper ad minimum ſacculi ſunt componendi ad uſum, ita ut uno refrigerato ſubſtitui poſſit alter calidus.

§. 2.

HOc quoque commoditatis habent ſacculi, ſed leviores, quod ſupra cataplaſmata imponi poſſint, ad calorem debitum conſervandum.

§. 3.

NOnnunquam etiam ſacculi, odoris boni conciliandi ergo, præſcribi ſolent, ſive demum in pera circumgeſtandi, ſive in capſula juxta veſtimenta includendi. e. g.

℞. *rad: irid: flor.*
flor: roſ: rubr: aa. ʒx
raſ: lign: rhod: ʒiij
ſantal. citr. ʒiß
benzoes opt:

ſtorac:

ſtorac: calam: aa. ʒiiß
cort: arant: ſicc: ʒj
cinnam:
caſs: lign. aa: ℈ij.
moſchi gr. iij
ambr. gris: gr. iv.

M. f. Species pro ſacculis odoriferis.

§. 4.

RAtio, cur ſuperioribus primis formulis additum ſit ſal commune, hæc eſt, quod conſtanter penetret, aliorumque ingredientium partes activas ſecum abripiat, immo temperatam producat miſcelam.

De Linimentis attenuantibus.

§ 1.

LInimenta mediam habent inter balſama & olea conſiſtentiam proprie; rariſſimique per ſe in officinis conſervantur, ſed ordinarie componuntur ex tempore ſequentem in modum.

℞. *Ung: de arthanit:* ℥j
nervin. ʒiij
croc: pulv: ℈j
ol: roſmar gutt. x.
ſuccin: gutt: xij.
anethin q. s. ad conſiſtnetiam
Linimenti.

Vel ℞. *Ung: nervin:* ℥j
popul: ʒij
bals. peruv. ʒß
ol: hyperic.
lumbr: terr: aa q. s.
M. f. Linim:

Anim-

Animadverſiones in Linimenta attenuantia.

§. 1.

SAlia oleis non ſunt addenda, niſi oleis deſtillatis utcunque permixta fuerint: pinguibus enim & oleoſis permiſceri ex tempore non poſſunt; idem putandum eſt de humidis ſucciſque expreſſis herbarum recentium; alia res eſt, ſi iſta cum pinguibus & oleoſis coquantur ſ. a. ſed (uti diximus) linimenta debent proprie extemplo componi.

§. 2.

LInimenta utplurimum unguentis ſunt præferenda, quia penetrabiliora; nihilominus linimentis anteferenda ſunt fomenta & cataplaſmata.

§. 3.

PRiuſquam pars affecta illinatur, ea eſt pannis calidis & aſperis confricanda, ut pori & tubuli partium exteriorum aperiantur, meliuſque linimentorum virtutes penetrare valeant.

§. 4.

COram foco luculento, ex lignis inſtructo, manu calida linimenta parti affectæ ſunt inungenda, poſtea vero emplaſtra, vel ſacculi, vel cataplaſmata ſuperimponantur.

§. 5.

PUrgantia maximo cum fructu tum linimentis tum unguentis adduntur, quia ſale conſtanti gaudent, quibus mediantibus pinguia melius ingrediuntur, vimque debitam exercent.

§. 6.

Eandem ob cauſam tanti uſus eſt unguentum de arthanita; præſertim ſi addantur quædam emollientia, nec non ſimul ſtimulantia, v. g.

℞. *Ung. de arthan.* ℥j
nervin. ʒiij
de alth. ℥ß
ol: rut. ʒj
fell: bub: ℈ij
ſpir: C. C. ʒß
M. f. Linimentum.

De Unguentis attenuantibus.

§. 1.

Unguenta ſunt medicamenta pinguia, inter olea & emplaſtra, ſive linimenta & balſama media, inſtar mellis fermentati, ex diverſi generis ſimplicibus conflata, externo uſui imprimis dicata. Olim comprehendebantur cerata & unguenta ſub eadem claſſe, quemadmodum hodie unguenta cum linimentis; nec certe adeo male, quia vix ab invicem differunt, niſi conſiſtentia.

§. 2.

Componuntur autem vulgo ex oleis, adipe animalium, pulveribus herbarum & radicum, imo & florum atque ſeminum; ita quidem, ut ordinarie, ad proportionem unciæ unius olei, ſumantur drachmæ duæ ceræ & pulverum drachma una.

§ 3.

Conſici poſſunt & cum & abſque igne, hocque ſi fiat, vocatur unguentum nutritum, quoniam agitatione & conquaſſatione om-

omnium continuata mutuo quaſi nutriuntur: tale eſt unguentum de lithargyrio: v. g.

℞. *Litharg. ſolar. tenuiſs: lævig.* ℥iv
ol: cappar:
acet: vin. aa. q. s.
Belgarum blauwſel q. s. coloris ergo.

Agitentur in mortario plumbeo cum piſtillo plumbeo, donec conſiſtentiam habeant

Unguenti; cui add.
Empl: de oxycroc. vel
cerot: de cumin. ʒij
M. f. Ung. ſpiſs.

Vel ℞. *ol: aneth.*
chamon.
euphorb. aa. ℥ß
thereb.
lumbr. terr. aa. ʒiij
ſev. hircin. ʒij
adip. hum: ℥ß
croc. ℈j
ceræ q. s.
M. f. Unguent.

Vel ℞. *Ung. de arthan.*
nervin. aa. ℥ß
ol: C. C. fœt. ℈ij
croc. ʒß
bals: peruv. ℈ij
M. f. Ung.

Animadverſiones in Unguenta attenuantia.

§. 1.

EVenit haud raro, ut ægrotantes pinguia ferre nequeant, quia cutis inde inflammatur & puſtulas contrahit. Hoc ergo in caſu ad

ad normam ſequentis Unguenti plura concinnari poſſunt.

℞. *Succi mucilaginoſi rad: ſymph: maj.*
rad: bard.
lapath: aa. ℔.ß
chelid. min. ℥iv
herb. ſemperviv. maj. M.iij
cochlear. M j

Coq. ſimul & deſpumentur, S. A. donec conſiſtentiam adipiſcantur Unguenti. Poſtea add:

Pulv. ſolidag. ſaracen. ℥jß
aloës ʒiß
champoræ ʒß

M. f. Unguentum.

§. 2.

SUnt Medici, qui volunt, quod ad *oleorum* ℥xij, neceſſario addendæ veniant *ceræ* ℥iij, melior tamen & major eorum pars, pro re nata, doſin eandem minuunt, reſinaſque alias majoris virtutis & gummata ſubſtituunt, ita tamen, ne quantitas horum ita augeatur, ut poros cutis nimis obſtruat. Notandum tamen eſt, quod æſtate paulo major ceræ copia toleretur, quam hyeme.

§. 3.

NOn neceſſum eſt, ut herbæ, unguenta ingreſſuræ, ante confectionem macerentur: merum enim eſt temporis diſpendium: namque recentes herbæ bene contuſæ, & ſ. a. præparatæ vires ſuas ſatis unguentis communicant, ope decoctionis.

§. 4.

QUotieſcunque reſinoſa oleis adduntur, notare juvat, quod ſub finem liquefactionis pulveres miſcendi ipſis veniant, quia, ſi vehementius coquantur, aduruntur, nec bene cæteris permiſcentur, ſed in glebas abeunt in fundo.

§. 5.

§. 5.

IN partibus denudatis nervoſis & oſſibus, præſertim capitis, caute adhibeantur pinguia, ne exoriatur inflammatio, gangræna & caries

De Emplaſtris attenuantibus.

§ 1.

RUrſus affinia ſunt unguentis emplaſtra, reſpectu pinguedinis, ſed duriorem habere debent conſiſtentiam; nec opus eſt Magiſtralia hic proferre, quia officinalia proſtant utilia quamplurima; ſi tamen quis mixtiones amet, ſequatur ſeqq. formulas.

℞. *Empl: ſticht: Croll:*
diapalm: aa. ℥ij
bals. capaiv ℥ß
cerot. de cum: ʒvj.
M. f. Empl.

Vel
℞. *Sem: zedoar.* ʒij
fuiig. ſplend: ℈iv
cinnab: vulg. ℈ij
thereb: ven: ℥ißß
empl: de ran. ſimpl: q. s.
M. f. Empl.

Vel ℞. *rad: bryon:*
cyclam:
cucum: aſin:
lil. alb. aa. ℥ij

Coq. in ſ. q. aq: font: & vin: poſtea contund: & add:
gum: ammon:
bdell.
opop: in oleo ſeſami ſolut. aa. ℥i

 ſim:

ſim. columb.
caprill. aa. ℥ß
labdan:
ſtyr. calam: aa. ʒiij
pic: naval· q. s.
M. f. Emplaſt.

Animadverſiones in Emplaſtra attenuantia.

§. 1.

SI pinguedo emplaſtrorum cuti teneræ noceat, puſtulaſque producat, lavari prius debent & malaxari, vel cum vitellis ovorum ſubigi.

§. 2.

NOn opus eſt in dies nova imponere emplaſtra, quia vires ſuas diu propter viſciditatem retinent; ſuperior ergo emplaſtri pars auferri leviter poteſt cultro vel ſpatula.

§. 3.

EMollientia ſemper calidioribus attenuantibus jungenda ſunt, in tumoribus duris & ſchirrhoſis: hi namque ſecus indurantur ulterius.

§. 4.

ANtequam emplaſtra imponantur, pars affecta fricanda venit pannis calidis, vel etiam fovenda, ſpongiâ in decoctum calidum immerſâ.

De Apophlegmatiſmis attenuantibus.

§. 1.

DIviduntur apophlegmatiſmi in ſiccos & fluidos: ſicci vocantur in ſpecie maſticatoria, fluidi vero gargariſmata.

§. 2.

§. 2.

MAſticatorium ſatis egregium nobis exhibent ſemen ſinapios, radices angelicæ, gentianæ, pyrethri, in aceto maceratæ, &c.

§. 3.

GArgariſmata vero fiunt vel coquendo radices appropriatas, herbas, ſemina, baccas, &c. quemadmodum ſupra vidimus in decocto; vel mixtione ſimplici aquarum deſtillatarum, additis tincturis & ſyrupis &c. convenientibus. e. g.

℞. *rad. angel.* ℥ß
bryon. ʒiij
herb. cheref:
malv: aa. M. ß
ſem. fœn. dulc. ʒiij
liquirit. ras. ℥ß
bacc. junip. ʒvj.

Coq. in ſ. q. aq: commun: & vin: gener: colatura ℥xvj. detur uſui.

Gargariſma
Vel

℞. *Aq. hyſſop* ℥vj
ros. ℥j
theriac. ſimpl. ℥ij
vit. Math. ʒvj
elix. prop. Par: ʒij
ſal. prunell. ʒiß
mell. ros.
mercurial. aa. q. s. ad gratiam
M. f. Gargariſma.

Anim-

Animadverſiones in Apophlegmatiſmos.

§. 1.

NOnnulli globulos efformant maſticatorios ex maſtiche, cera, olibano, &c: ſed minus appropriati ſunt, quia inter dentes viſcidis ſuis particulis hærent, & nauſeam ægro conciliant.

§. 2.

ACriora maſticatoria, non ſunt uſurpanda, ne quædam corpuſcula cum ſaliva deglutiantur & vomitum vel pejora ſymptomata pariant, quapropter abſtinendum eſt ab ſemine ſtaphidis agriæ, præſertim infantibus.

§. 3.

NOn quidem Apoplegmatiſmi adeo præſcribuntur ad caput purgandum, quemadmodum voluere Veteres, quam quidem ad vaſa ſalivalia deobſtruenda. Non tamen negamus ſubtiliores quaſdam maſticatorii particulas ſubire caulas palati (quemadmodum vocat cavernulas, juxta papillas linguæ, Lucretius) ulteriuſque ad partes remotiores transferri.

§. 4.

MAſticatoria non niſi raro hodie præſcribuntur, ſed gargariſmata frequenter, & quidem utiliter in angina, aphthis, ulcere oris, vacillatione dentium, hæmorrhagia, odontalgia, aphonia, &c.

De Peſſariis attenuantibus.

§. 1.

PEſſarii, ſunt medicamenta ſolidiora, quæ ſinui pudoris inſinuantur, nonnunquam figuræ oblongæ, nonnunquam retundæ.

§. 2.

§ 2.

COmponuntur ex pulveribus radicum, herbarum, ſeminum, ſalium, &c. addendo ſ. q. mellis ad duritiem cocti. e. g.

℞. *caſtor. pulv:* ℥j
aloës ℈j
myrrh: ℈j
borac: ven: ℥ß
moſch: gr. v.

M. f. pulvis, qui melle ad ſufficientem conſiſtentiam cocto redigatur in peſſarium.

Vel

℞. *Elect: hier: picr.* ℥j
troch: de myrrh: ℈ij
ſal: gemm: ℈j
ol: ſabin: ℈ß

M. f. ſ. a. cum melle cocto peſſarium.

Animadverſiones in peſſaria.

§. I.

RAriſſime præſcribi ſolent hodie peſſaria, præſertim pro virginibus, ſive puellis, quia pudorem producunt, veneremque ſtimulant, & aliquando Medicum ſimul infamant; quapropter in caſu neceſſario conjugium eſt commendandum.

§. 2.

NOn eſt, quod metuamus in peſſariis ingredientia fragrantia, quæ alioquin facile paſſionem hyſtericam producunt, ſi naribus admoveantur: nam, ſinui pudoris dum admoventur, contrarios ſortiuntur effectus.

CAPUT V.

De Emollientibus in genere.

§. 1.

ATtenuantibus quidem affinia quodammodo videntur malactica, ſive emollientia; veruntamen diverſis plane modis operantur: illa enim humores craſſos dividunt (uti ſupra monuimus) ac diſcerpunt; hæc vero, particulis ſuis flexibilibus, lubricis, & mollibus, pororum canaliumque latera dilatant & laxant; nec non, vaginarum inſtar, acuminatas, rigidaſque particulas ita involvunt & coërcent, ut nec ſtaminibus partium ſolidarum, nec conſuetæ ſanguinis texturæ (niſi immodice & inconſiderate adhibeantur) nocere poſſint.

§. 2.

DIximus nempe, initio capitis præcedentis IV^ti, quod notabiliter ſublata particularum ſanguinis & humorum mutua proportione, homogeneæ facile aſſocientur homogeneis, componantque craſſiores moleculas, quæ non conveniunt cum diametris canalium, unde oriuntur obſtructiones, imo & hoc modo indurantur & exſiccantur, dum ſubtiliores fluidioreſque partes abeunt. Huic ergo incommodo ut obviam eat rationalis Medicus, neceſſe habet, ut accedat ad emollientia & lubricantia, quæ anguillarum vel lumbricorum in modum ſeſe undiquaque inſinuant, viamque craſſioribus, conſtantioribuſque facilitent: talia autem ſunt ſequentia.

Radices; Althææ ſive biſmalvæ, cæpæ ſub cineribus toſtæ, chinæ, ſalſaparillæ, conſolidæ majoris ſive ſymphyti, lilior: alborum, raparum, liquir: glandis terræ, &c.

Herbæ; Althææ, borraginis, hyperici cum toto, lentis paluſtris, malvæ, parietariæ, plantaginis, portulacæ, tuſſilaginis, liliorum alborum, braſſicæ, betæ, verbaſci, violarum, &c.

Flores; Chamomillorum, liliorum alb: hyperici, malvæ arboreſcentis ſive hortenſis, nymphææ, roſarum pallidar: violarum, &c.

Semina; Althææ, cannabis, lini, ciceres rubri, citrulli, cucumeris,

ris, cucurbitæ, cydoneorum, erucæ, fœnugræci, hordei, lentes, melonum, milii ſolis, orizæ, pſyllii, &c.

Fructus; Amygdalæ dulces, cacao, dactyli, ficus, jujubæ, ſiliquæ dulces, paſſulæ majores, & minores, &c.

Gummata & ſucci inſpiſſati; Ammoniacum, arabicum, tragacantha, amylum, ichtyocolla, ſarcocolla, &c.

Adipes; Anatum, anguillæ, anſerum, gallinæ, hominis, lupi, urſi, butyrum inſulſum, & cremor lactis, ſapo, œſypus, ſevum, ſperma ceti, &c.

Compoſita; Aquæ borraginis, lilior: alborum, ſpermat: ranarum, lactis alexiter:, florum fabar:, &c.

Conſervæ; Nymphææ, roſarum pallidarum, ſymphyti, violarum, &c.

Emplaſtra; Diachylum cum gummatibus, meliloti, mucaginum, de ſpermate ceti, de betonica, &c.

Olea expreſſa; Amygdalarum dulcium, lini, olivarum, ovorum, de palma, hyperici, liliorum alborum, lumbricorum terreſtrium, nymphææ, roſarum, violarum, &c.

Species; Diatragacanthi frigidi, diamargariti frigidi, pulvis comitiſſæ Kent, pulvis de chelis cancror: &c.

Syrupi; Althææ Fernelii, byzantinus, violarum, jujubinus, ſaccharum penidiat:

Trochiſci; Bechici, & albi rhaſis.

Unguenta; Althææ compoſitum, pectorale, pomatum, refrigerans Galeni, roſatum, alabaſtrites, &c.

Animadverſiones generales in uſum emollientium.

§. 1.

QUoniam emollientium particulæ ſunt valde molles & flexiles, quæ facile reflectuntur, occurrendo partibus conſtantioribus, idcirco eleganter & utiliter iis adjunguntur attenuantia appropriata, quo facilius ſubire valeant canales anguſtiores.

§ 2.

QUæ interne ſumumtur emollientia, funguntur magis officio medicamenti palliativi, quam veri, quia motione ſanguinis circulari eorum hamuli & ramuli atteruntur, complanantur, & in

 ſpi-

ſpicula irregularia convertuntur, ita ut haud raro poſtea malum exaſperent, niſi cautio accedat perfecta; ita quoque vulgo videmus lacticinia, ſyrupos & ſimilia emollientia facillime aceſcere & rancedinem contrahere. Quapropter hallucinantur ii, qui febrem hecticam & corporis conſumptionem lacticiniis & emollientibus ſolis ſanare ſatagunt.

De Decoctis Emollientibus.

§. 1.

AD generalem normam, præcedente capite de decoctis datam, exemplum emollientis decocti ſit ſeq.

℞. *rad: alth:* ℥iß
chin: ℥j
contrajerv. ʒiij
herb: verbaſc.
alth: aa M.j
hyſoph. M.iß
ſem: 4 frig: maj. aa ʒj
ficuum ping: paria iij
Coq. in ſ. q. aq: font: ſub finem decoctionis addendo
hydromell: ℥iv
Colatura ℔jß detur uſui, ut
Decoctum emolliens.

Vel
℞. *rad: irid: flor.* ʒiij
ſcorzon: ℥iij
alth. ℥iiß
liquirit. ʒvj
herb: malv.
hyſſop: aa M.j
bacc: junip: ʒvj
ſem: fœn: dulc. ℥ß
ſiliq. dulc. No. x
Coq. ſ. a. in aq. font: ad ℔ij
M. f. Decoctum.

Anim.

Animadverſiones in Decocta emollientia.

§. 1.

MInori ſemper doſi hujus naturæ decocta præſcribenda veniunt, quam attenuantia: prius enim & facilius aceſcunt, ſitum contrahunt & corrumpuntur.

§. 2.

E Mollientibus decoctis nunquam, vel rariſſime addenda ſunt acida, quia partes integrantes ilico ſeceſſionem ab invicem faciunt, & compoſitum corrumpitur. Hinc rariſſime vina Medicata emollientia præſcribi ſolent, quia vinum multum poſſidet acidi.

§. 3.

COmpoſitionis tamen modus patere poteſt ex annexa formula,

℞. *Rad: ſcorzon: hiſpan:*
petroſel.
gramin: aa ℥j
alth: ſicc. ℥ß
ſem: 4 frig: min. aa ʒß
liquirit: ras. ℥ß

Inciſa & groſſo modo contuſa infundantur in ſ. q. vin: canarienſis, vel hydromellis.

M. f. Vinum medicatum emolliens.

§. 4.

NUnquam craſſiora vel dulcia nimis reddenda ſunt hæc decocta, ne appetitus proſternatur, ventriculuſque cum inteſtinis, viſcoſo humore obducatur.

De Mixturis Emollientibus,

Ex: gr.

℞. *Aq: borrag.*
fl: pap: err: aa ℥ij
nymph.
roſar. aa ℥ß
tinct: op: gutt. xxx
ſyr: de alth. ℥ j
mandib: luc: piſc. pp. ℈ij
M.

Vel

℞. *Aq: flor: til.*
roſar. aa ℥j
meliſs.
chamom. aa ℨx
ras. dent: apr. ℨj
corall: alb: pp. ℨß
ſyr: jujub. ℨvj
M.

Animadverſiones in Mixturas emollientes

§. I.

PRæſtat emollientia omnio ſub forma decoctorum, emulſionum, hauſtus, boli, & pulveris interne adhibere, quam ſub forma mixturæ: pingues enim ſive ramoſæ eorum parriculæ ſibi mutuo facillime aſſociantur, ægrotoque, præſertim delicatulo, nauſeam præbent.

§. 2.

NOta, quod, licet quamplurima extent olea emollientia, eorum tamen nulla mixturis ſint addenda, quia expreſſa ſunt, nec aquoſis bene uniri poſſunt; attamen in uſum extemporaneum propinari poſſunt cum fructu, ſub forma hauſtus: Ex: gr.

De

De Hauſtibus emollientibus.

℞. *ol: amygd: dulc: rec: exp.* ℥ß
vin: malvat: vel *canar:* ℥iij
ſuc: raph: hiſp. ℥ß
ocul: cancr. pp. ʒß
ſyr. de alth: Fern. ℥ß
M. f. Hauſt.

Vel

℞. *Aq: lact: alexit: pharmacopœæ Lond.* ℥ij
hord. ℥iß
pulv: è chelis cancr. ʒiß
ſyr: de alth. ℥ß
M. f. Hauſt.

Animadverſiones in Hauſtus emollientes.

§. 1.

TAnta non opus eſt in hauſtibus hiſce ἀκριβεία, reſpectu intimæ mixtionis, ac quidem in præcedentibus mixturis, quia ſimul & ſemel hauriuntur ; & immediate ante aſſumptionem liquor bene conquaſſetur : ſic enim ingredientium particulæ ſatis miſcebuntur.

§. 2.

NAuſeabundis hominibus hæ mixturæ & hauſtus , præſertim ſi fuerint pinguiores, non adeo bene conveniunt , quia vomitum cient; niſi forte iſta fuerit Medici intentio.

De Emulſionibus emollientibus.

§. 1.

EMulſio eſt Medicamenti quædam ſpecies liquida & potulenta ex medullis fructuum , ſeminumque contuſis, & cum conveniente vehiculo mixtis ; hocque reſpectu differunt a ptiſanis, quia hæ coquuntur, iſtæ vero non item: ex: gr. ℞.

℞. *Amygd: dulc: decort.* ʒvj
ſemi 4 frig. maj. aa ʒj
papav: alb. ʒij
lin. ʒiß

Contund: in mortario lapideo cum piſtillo ligneo, addendo ſ. q. aq: hord: (calidæ nempe tempore brumali, frigidæ vero, tempore æſtivo) colaturæ ℔j add:

Aq: roſ.
cinnam. aa ℥j
pulv. de chel. cancr. ʒij
ſyr. de alth. ʒvj
M. f. Emulſio.

Vel

℞. *Nucl. perſic.*
ceras. aa ʒij
amygd: dulc: decort. ʒvj
hord: mund: ad crepaturam coct. ℥j
Contund: ut a. e. addendo
aq. meliſſ. &
fragar. aa p. æq.
Colatur. ℥xvj add.
aq. cinnam. ℥iß
Julap. roſ. q. s. ad gratam dulcedinem
M. f. Emulſio.

Animadverſiones in Emulſiones.

§. 1.

ELigenda ſunt ſemina recentiora, ſive annua, non vero vetuſta (excepto *ſemine bombacis*, quod ex Syria, Cypro & India advehi ſolet, adeoque recens eſſe non poteſt) quia rancidæ emulſiones non ſolum ſunt ingratæ, verum etiam ſanitati corporis obſtant.

§. 2.

S*Emen lini* emulſionibus & amygdalatis ſemper cum fructu addi poteſt: potenter enim lenit & emollit, alvumque ſubducit.

§ 3.

§. 3.

RAro Emulſiones præſcribuntur ad majorem quantitatem, quam libræ unius, ut ita intra diem naturalem conſumi poſſint, præſertim æſtate, quia alias coagulantur & corrumpuntur.

§. 4.

PUlveres abſorbentes bene adduntur emulſionibus, quia præcavent corruptionem, & acidum corrigunt.

De bolis Emollientibus

℞. *Gumm: arab:*
tragac. aa ℈ß
ſpec: diamarg: frig. ℈j
conſerv: roſ: pall.
nymph. aa. q. s.
Vel *ſyr: de alth: Fernel:* ad conſiſtentiam.
M. f. Bolus.

Vel
℞. *Raſur. ebor.* ʒß
pulv. de chel. cancr. ℈j
maſſ. pill. de cynog: gr. viij
conſerv. flor. nymphææ q.s.
M. f. Bolus

Animadverſiones in Bolos emollientes.

§. 1.

QUando gummata, vel alia mucilaginoſa, bolis adduntur, id fiat ad uſum extemporaneum: mora enim ſolvuntur, viſcidumque & ingratum reddunt medicamentum.

§. 2.

In cholera, dyſenteria, cardialgia, nephritide &c. melius emollientia præſcribuntur ſub forma boli, quam alia, quia conſtantius in ventriculo & inteſtinis morantur, nec adeo facile rejciuntur.

De pulveribus emollientibus,

§. 1.

℞. *Amyli* ℈j
gum: arab. gr: xij
ſacch: perl: ℈j
croc: gr. iij
M. f. Pulvis.

Vel

℞. *Spec: diatrag. frig.* ʒß
ſacch. alth: ℈j
ocul. cancr. pp. gr. xv.
M. f. Pulv.

Animadverſio in pulveres emollientes.

§ 1.

SEmina emollientia redigi prius debent in pulverem, quam bolis adduntur, ne ſtramina ægro incommodum pariant, ſufficit eorum farina.

De pilulis emollientibus.

§. 1.

℞. *Gumm. ammon:* ʒß
tragac.
arab. aa. ℈j

merc.

merc. dulc. gr. viij
F. s. a. Pilul.

Vel

℞. *Gumm: arab:* ℈j
ocul: cancr. gr. xv
troch. alkek. ℈j
maſtich. gr. xij
F. s. a. Pil.

Animadverſiones in pilulas emollientes.

§. 1.

QUoniam mucilaginoſa difficulter pulveriſantur aut liquoribus permiſcentur, quin ingrata reddantur ægrotantibus, præſtat ea ſemper ſub forma pilularum præſcribere.

§. 2.

IN tuſſi, catarrhis acribus, pleuritide vera, ſimilibuſque thoracis affectionibus, egregio cum levamine propinari ſolent, præſertim, ſi ſperma ceti in alia formula jungatur.

De Balſamis emollientibus.

℞. *Sev. hirc.* ℔ß
thereb. ven.
gumm. elemn. aa. ℥iij vel iv
axung. porc. rec. ℥ijß

F. ſ. a. balſamum, hoc eſt, liquefiat primo *gummi elemni*, minutim conciſum igne moderatiſſimo, tunc adde *te reb: ſev:* & *axungiam*, cumque omnia optime fuerint ſoluta, tranſmittantur per telam raram, ad ſeparandas ſordes; frigefacto *balſamo* add: *bals: peruvian:* ad ʒß & ſervetur ad uſum tam internum, quam externum. Doſis interne eſt ad ʒß in *hydromelle*, vel alio conveniente vehiculo.

 Vel

Vel

℞. *frument. integr.*
rad. valerian:
card: bene contus. aa ℥j
Vini alb. ℔j

Omnia in vaſe fictili vitreato anguſti orificii collocentur, obturatoque vaſe, ſuper tepentes cineres, horis XXIV macerentur, deinde add:

ol. hyper. ℥vj

Coq. in M.B. fervente, ad vini conſumptionem, tum colentur & exprimantur: poſtea accipe

thur. elect. ſubtiliſs: pulv. ℥ij
thereb. ven. ℥viij

Lento igne paulatim coëant, prædictoque oleo miſceantur. Ita paratum erit Balſamum, quod ſummis extollitur laudibus ab Fabricio ab Aquapendente, Medico & chirurgo ſuæ ætatis maximo.

Animadverſiones in Balſama emollientia.

§. 1.

QUoniam hæc balſama utplurimum, ſi interne ſumantur, ſæpius appetitum pinguedine ſua & craſſitie proſternunt, ructuſque excitant multos, ac nidoroſos, idcirco præſtat eadem exigua quantitate commendare, vel ſolis externis uſibus ſervare.

§. 2.

ASſumenda veniunt balſama cum *ovo ſorbili*, vel *melle* aut *conſerva* potius, quam cum alio vehiculo fluido, id quod tamen ſemper calefaciendum prius erit.

§ 3.

ALtero, vel tertio, imo etiam quarto quovis die balſama uſurpata meliorem, ob rationes memoratas, ſortiuntur effectum: melius

lius enim ita virtus eorum diſtribuitur, primæque corporis viæ minus pinguedine onerantur.

De Conditis emollientibus.

§. 1.

℞. *Conſerv: roſ. pall:* ℥ij
ſpec. diatrag. frig. ʒij
ſem. cannab. pulver. & cribr: ʒj
ſyr. de ſymph. q. s.
M. f. Conditum.

Vel

℞. *Elect. de ſucc: roſ:* ℥iſs
pulp: paſs: maj:
mucil. ſem: cydon aa. ʒij.
ſpec: diamarg: ʒiſs
ſyr. jujub. q. s.
M. f. Conditum.

Animadverſiones in Condita emollientia.

§. 6.

Condita emollientia magis in genere uſualia ſunt, quam condita attenuantia contra affectiones thoracis: veruntamen ubique parca manu ſunt diſtribuenda, quia viſciditatem & acorem vel producunt vel augent.

§. 2.

Diu ſunt ore detinenda, nec ſtatim deglutienda, quo vires eorum immediate per rimam epiglottidis pervenire valeant ad pulmones.

De Clyſteribus emollientibus.

℞. *rad. alth.*
lil. alb. aa. ℥j

fol. malv.
mercurialis aa. M.ij
flor. chamon.
melil. aa. M ß

Coq. in ſ. q. *aq: comm:* colat: ℥viij add:

elect. lenit. ℥iß
ol. lil. alb.
mell. mercurial. aa. ℥j
M. f. Clyſter.

Vel

℞. *Lact. bubul. rec. coct* ℥viij
tereb. ven. vitello ovi diſſol: ℥ß
mell. mercur.
ros: aa. ℥ß
M. f. Clyſter.

Animadverſiones in clyſteres emollientes.

§. I.

NOn ſolum hi clyſteres utiliſſimi ſunt in affectionibus inteſtinorum dolorificis & eorum exulcerationibus, verum etiam renum, veſicæ & uteri; quia vicinia harum partium admittit inſignem conſenſum, reſpectu vaſorum, nervorum, &c. per quorum poros effluvia clyſterum calide injectorum haud difficulter penetrant.

§. 2.

NOta, quod *theriaca recens*, vel *diaſcordium*, aut *philonium Meſuæ*, aut *requies Nicolai*, ſimilibus clyſteribus ad ʒiß addita, ſtupendos ſæpe edant effectus, in enumeratis affectionibus, doloremque mitigando, ſymptomata minuant & blandam quietem afferant.

§. 3.

§. 3.

ALiquando etiam cum fructu additur *ſevum hercinum*, ſed tunc obſervandum, quod *vitello ovi* prius ſit diſſolvendum: alias enim mox congelaſcit: ex: gr.

℞. *fol. verbaſc.*
malv. aa. M. j.
flor. chamom.
pap. rhœad. aa. p. ij
ſemin. cannab.
lin. aa. ℥iß.

Coq. in ſ. q. *lact. bub. rec.* In colat: ℥viij diſſolv:
ſev. hirc. ℥ß cum *vitello ovi unius*
req. Nicol ʒiij
M. f. clyſter.

§. 4.

PRo iis, quibus res anguſta domi eſt, non opus eſt magna ingregredientinm farragine: etenim ſolum *juſculum carnis pingue*, vel *lac* cum *butyro* aut *oleo communi* ſufficient.

De Cataplaſmatibus emollientibus.

℞. *Cæpar. alb:* No. ij
rad. alth: ʒvj
lil: alb. ℥iß
ſem. cumin.
lin. aa. ℥ß
alb: græc. ʒvj
ſterc. columb. ℥ß

Coq. in ſ. q. *cerevis: dulc:* contuſis & per ſetaceum trajectis add:
vitell. ovor. No. ij
croc: ʒiß
M. f. Catapl.

Vel

Vel

℞. *rad. alth.*
lil alb. aa. ℥iß
fol. hyoſcyam. M. iß
malv. M. j
ſalv. M. ß
bacc. junip: rec: ℥j
ſem. fœnugr. ʒx

Conſciſſa & contuſa coquantur in ſ. q. *lact: vacc: dulc:* clauſo vaſe per horam; trajectis per ſetaceum add.

mic. pan. alb. q. s. ad conſiſt.
Caplaſm.

Animadverſiones in Cataplaſmata emollientia.

§. 1.

EVenit haud raro, quod in principio applicationis dolores augeantur, ſed tamen idcirco ab eorum uſu non eſt deſiſtendum: ratio enim eſt, quod materia peccans, mediante calore, & virtute ingredientium, ad majorem motum concitata partis affectæ fibras vehementius paulo expandat & lancinet; id quod ad ſuppurationem requiritur, verum poſtea non ſolum dolor ceſſat, ſed & doloris cauſa tollitur, apoſtemate videlicet rupto aut aperto.

§. 2.

SUccus lumbricorum terreſtrium, cum quarta parte millepedum, talibus cataplaſmatibus additus mirandos ſæpe ſortitur effectus.

§ 3.

EX iisdem ingredientibus facili negotio componuntur fomenta, modo omittantur, vel eliminentur craſſiora farinacea, ita ut reciproce venire debeant, jam ut fomenta, jam vero ut cataplaſmata,

ta,tuncque meliores edunt effectus, teſte Verulamio, in Sylva Sylvarum, experimento 60, ubi ſequentem in modum loquitur: *Plurima ſunt medicamenta, quæ, per ſe, nullam curam faciunt, & fortaſſis noxia ſunt; ſed applicata certo ordine, unum poſt alterum, magnam curam faciunt, ipſe experimento didici, remedium adverſus podagram, quod raro fefellit, ſed abegit ſpatio 24 horarum. Primum eſt puls applicanda, deinde balneum aut fomentatio, poſtea emplaſtrum: puls laxat poros, humoremque peccantem aptum reddit exhalationi; fomentatio prolicit humores in modum vaporum, ſed reſpectu viæ a pulte factæ, modice extrahit, nulloſque præterea aliunde trahit. Emplaſtrum eſt modice adſtringens, quod ita repellit, ne novus humor incidat, id eſt, ne nova oriatur obſtructio. Puls applicanda eſt ad ſpatium horarum duarum vel trium; fomentatio ad quadrantem aut paulo longius, præcalide adhibenda, & ſepties octieſve repetenda; emplaſtrum continue applicandum, donec pars confirmetur.*

Formula autem pultis eſt ſequens:

℞. *Panis ſimilag.* ℥iij

Medullam tantum minutim conſciſſam coque in lacte dulci, donec coaleſcat in pulticulam, adde in fine

ros: rub: pulv. ʒiß
croc: ℈ß
ol: ros: ℥j.

Linteolo illinatur & applicetur, tepide ad horas tres.

Formula balnei, ſive fomentationis eſt ſequens:

℞. *fol: Salv.* M. ß
rad: cicut. concis: ℥ j.
bryon. ℥ß.
fol: ros: rubr: pug. ij

Coq. in olla, aqua repleta, in qua *chalybs* extinctus fuerit, donec liquor ad quartam partem conſumptus fuerit; percolatione facta, adde

Salis nigri P. ß

Admoveatur cum panno coccineo aut lana coccinea intincta in liquore calido; tinctura ſepties repetatur; fiantque hæc ſpatio quadrantis, aut paulo plus.

Formula emplaſtri eſt ſequens :

℞. *Empl: diacalcit.* q. s. parti tegendæ.

Diſſolvatur in *oleo roſarum*, tali conſiſtentia, utadhæreat; illinatur linteolo tenui, & applicetur.

De Sacculis emollientibus.

§. 1.

℞. *farin. hord:* ℥iij
ſem. lin. ℥ß
flor: chamom.
melil: pulv. aa. M. j
camph. ʒß
ſal: comm ℥iß

M. f. Species pro duobus Sacculis.

Vel

℞. *Rad: alth.*
rub: tinct. aa. ℥iß
ſem. papav. alb. ℥ij
flor. pap. err. P. iij
farin. hord: ℥j
ſal: comm. ℥iß

M. f. Species pro duobus Sacculis.

Animadverſiones in Sacculos emollientes.

§. 1.

HUjus naturæ ſacculi maximopere ſunt laudandi in deliriis, febribus ardentibus, doloribuſque lumborum & abdominis, iisque cum fructu adduntur *ſummitates abſinthii*, præſertim in vigiliis continuis; tuncque cervici & capiti imponendi ſunt ſacculi calide.

§. 2.

§. 2.

IN dolore nephritico, ut & arthritide, mulierculæ non male loco talium ſacculorum, majorem alium ex molendino petitum beneque calefactum accommodant parti affectæ, & circum-volvunt; ſed tamen latera ſaccorum talium delicatulis habentur nimis rudia & aſpera.

De Linimentis Emollientibus.

℞. *Ung. popul* ℥iij
de alth. ℥ij
ol. palm: ʒiß
tereb: ℈j
pulv. millep: ʒß
croc. gr. iiij
M. f. Linim.

Vel

℞. *Ung. de alth. comp*: ℥j
arthan: ʒß
ol: lil: alb:
hyper:
ſcorpion: aa. q. s.
M. f. Linim.

Animadverſiones in Linimenta emollientia.

§. 1.

QUibus lubet habere linimenta ſpiſſiora, adjungat pauxillum *ceræ*, vel minuat *oleorum* quantitatem.

§. 2.

NOn male quoque linimentis adduntur convenientes pulveres, quales ſunt *ſeminis hyoſcyami*, *ſtercoris muris*, *millepedum*, *croci*, *aloës*, *myrrhæ*, &c.

§. 3.

A *Xungia humana* ſola, *unguento de althæa compoſito* mixta, ſatisfacere poteſt plurimis circumſtantiis.

De Emplaſtris emollientibus.

℞. *Empl. de mucil.*
melil: aa q. s. tegendæ parti affectæ.

Malaxentur cum pauxillo *olei hyperici.*

Vel
℞. *Empl. de beton. part.* ij
diach. cum gumm. part. j.
Malaxentur cum *ol: palmæ.*
M. f. Emplaſt.

Animadverſiones in Emplaſtra emollientia.

§. I.

SI tumor longe lateque diffuſus fuerit, emplaſtra emollientia raro, aut nunquam ſunt imponenda, niſi curæ palliativæ gratia, in caſu frigido: virtus nempe emplaſtrorum non ſufficit magno illi malo curando, ſed ſæpiſſime poros magis obſtruunt. In caſu vero calido pinguedine ſua rancida idem præſtando, & ſalia plura acria ſuppeditando, inflammationem non ſolum augent, ſed & gangrænam producere valent.

§. 2.

UBi tamen *emplaſtrum* aliquod in caſu calido imponendum occurrit, tunc *ſpiritu vini* prius bene malaxetur *caphurato*, vel adhibeatur *unguentum nutritum* ſpiſſius cum *oxycroceo.*

CAPUT

CAPUT VI.

De Anodynis ſive Paregoricis, Narcoticis & Hypnoticis.

§. 1.

E Mollientibus aliquomodo affinia ſunt anodyna, ſub quorum claſſe etiam hypnotica & narcotica comprehendi poſſunt. Sunt profecto hujus naturæ medicamenta plurimis in affectionibus utiliſſima, & tanquam θῶν θεῶν χεῖρες, urgentibus doloribus, vigiliis, aliiſque gravioribus ſymptomatibus; ita ut, licet mali cauſa in integrum non tollatur, ſaltem ad tempus refrænetur, & ſuffocetur, quo Medicus opportunum tempus accommodare poterit ægrotantis reſtitutioni. Hoc etiam, maturo animo, conſideravit magnum illud Angliæ decus Verulamius, Augm Scient: lib. 4. cap. ij. ubi dicit: *Etiam plane cenſeo ad officium Medici pertinere, non tantum, ut ſanitatem reſtituat, verum etiam, ut dolores cruciatuſque morborum mitigentur; neque id ipſum ſolummodo, cum illa mitigatio doloris, veluti ſymptomatis periculoſi, ad reconvaleſcentiam faciat & conducat; imo vero cum, abjecta prorſus omni ſanitatis ſpe, exitum tantum præbeat e vita magis lenem & placidum: ſiquidem non parva felicitatis pars, quam ſibi tantopere precari ſolebat Auguſtus Cæſar, illa ευθανασια, quæ etiam obſervata in exceſſu Antonini Pii, quando non tam mori videretur, quam dulci & alto ſopore excipi. Scribitur etiam de Epicuro, quod hoc ipſum ſibi procuraverit: cum enim morbus ejus haberetur pro deſperato, ventriculum & ſenſus meri largiore hauſtu & ingurgitatione (quam bonus omnis odit) obruit, unde illud in Epigrammate:*

- - - - Hinc ſtygias ebrius hauſit aquas.

Vino ſcilicet ſtygii laticis amaritudinem abſtulit.

§. 2.

SEd ut rem paucis clare & diſtincte, quantum poſſibile, abſolvamus; notari volumus, quod anodyna, narcotica, & hypnotica triplici modo ſint conſideranda: quædam enim, ut emollientia, particulis conſtant viſcoſis, quibus partim acrimonia ſalium corroſiva, quæ

dolores producit mordaces, veluti enſis, vagina includitur; partim ſanguis & humores incraſſantur, ita ut in partem affectam non adeo vehementer, ac prius, proruere valeant, nec ſpirituum copiam inſignem ſuppeditare, vel influxum eorum vehementem & irregularem producere. Quædam vero particulis gaudent acuminatis, inſigniter penetrantibus, motui ſanguinis conſueto, ſive naturali, & humori peccanti acri adverſis atque inimicis, ita ut hujus vis infringatur & obtundatur, non ſecus ac duo inſtrumenta acuta alliſione mutua & reciproca hebetantur. Quædam denique particulis ſuis determinatis, quarum exactam magnitudinem & figuram oſtendere, nemini hactenus conceſſum eſt, motum ſanguinis irregularem cohibent, partim coagulando, ut *opium*, *hyoſcyanus*, *mandragora*, *cynogloſſa*, *datura indornm*, &c. partim ſubtiliores ſanguinis particulas ex corpore diſſipando, ut *crocus*, *camphora*, &c: Profecto alias concipere nos non poſſumus, quomodo anodyna & narcotica, exigua prorſus doſi, v. g. ad *gr.* j, ij vel iij, tam inſignes ſortiri poſſint effectus: nulla enim videtur proportio, inter viſciditatem exiguæ iſtius doſeos, & totam maſſam ſanguineam incraſſandam, humoreſque acres obtundendos, præſertim quoniam in ventriculo, inteſtinis, vaſis lacteis, glandulis, corde, &c. magnam ſubire debent mutationem, virtutiſque imminutationem.

§. 3.

DIcimus itaque libere, quod ſimilia operentur, ratione ætheris, quem in ſanguinem introducunt, valde conſtantis, quo mediante, determinatio motus in æthere, ſanguini conſueto & naturali, vehementer mutatur atque invertitur, ita ut primæ guttæ immutatæ, ſucceſſive alias in ſui naturam convertant, vel in ſui motus determinationem abripiant, donec tota maſſa ſanguinis fuerit incraſſata, & ratione prioris irregularis ſive vehementioris motus pacata. Quid ergo reſpondendum interrogantibus, an hypnotica & narcotica, calida ſint an vero frigida; vel, quod propemodum idem eſt, an ſanguinem fluidiorem reddant, an craſſiorem? Reſpondemus, utrumque certo reſpectu dici poſſe, namque anodynum in hoc, e. gr. ſudores non ſolum movebit, ſanguinemque quadantenus attenuabit

(quan-

(quanquam rariſſime) in illo, ex adverſo, ſudores quidem forte fortuna movebit, ſed ſanguinem non attenuabit. Ad claſſem autem anodynorum & hypnoticorum, exceptis iis, quæ capite præcedente enumerata fuere, ſunt ſequentia:

Simplicia.

Radices: mandragoræ, hyoſciami, cynogloſſæ.

Herbæ: anethi, betonicæ, ſambuci, violarum, hyoſciami, chærefolii, cicutariæ, mandragoræ, papaveris, ſolani, tabaci, lactucæ, ſempervivi majoris, nepethæ.

Semina: papaveris, hyoſciami, lolii, lactucæ, ſemina quatuor frigida majora.

Flores: hyoſciami, papaveris, croci, violarum, nymphææ, roſarum pallidarum.

Succi inſpiſſati: opium, caphura, ſuccus mandragoræ.

Animalia: lac dulce, butyrum inſulſum, æſypus, vitelli ovorum, carnes animalium recentes, omentum, pulmones animalium recens mactatorum, medullæ oſſium, axungiæ & adipes, ſevum caprillum, ovillum, cervinum, hircinum, &c.

Mineralia: talcum, nitrum, ſulphur commune, & vitriola pleraque mineralium.

Compoſita:

Aqua violarum, nymphææ, lactucæ, portulacæ, ſolani, roſarum, papaveris erratici.

Conſervæ: violarum, nymphææ.

Electuaria: theriaca recens, diaſcord: Fracaſtorii & Sylvii, philonium Meſuæ, requies Nicolai.

Pilulæ: laudani opiati, opii ſoluti & iterum inſpiſſati, poſtquam mediante aqua calida facta fuerit ſolutio & filtratio.

Tinctura: opii tartariſata, croci caphurata;

Elixyr: camphoræ:

Olea: olivarum rec:, lumbric: terr:, roſ:, chamom:, hyper:, amygd: dulc: lilior: albor: lini, vitel: ovor:, aneth:, jaſmin:, keyrin., ſeſamin:, mandragoræ, ſolani.

Condita: Caules lactucæ italicæ conditi.

Species: diamargaritæ & diatragacanthæ frigidæ.

Syrupi: diacodii, papaveris alb: & errat;, violar:, nymphææ.

Unguenta: populeum, alabaſtrinum, oculare. *Anim.*

Animadverſiones generales in anodyna, narcotica & hypnotica.

§. 1.

QUædam ſuperiorum medicamentorum ſunt anodyna, quæ per ſe, vel ſua natura, non ſunt anodyna vel hypnotica, ſed per accidens ſomnum inducunt, quatenus vel acrimoniam dolorificam tollunt, vel mitigant & corrigunt.

§. 2.

LIberaliorem hypnotiorum doſin tuto quidem in principio febrium ardentium, cum vehementibus doloribus junctarum, præſcribimns, verum in augmento & ſtatu morbi parca manu propinentur; maximaque quidem cum cautela in peſte, aliiſve morbis malignis.

§. 3.

NOnnullis narcotica ſunt adeo infeſta, ut non ſolum nullum ſomnum inducant, ſed vigilias irrequietas & quaſi cum delirio mixtas continuent; præſtat ergo ſemper initium facere ab mitioribus, vel ab minori doſi.

§. 4.

IN nephritide tam pituitoſa quam calculoſa, nec non partu difficili continuato, abſtinendum eſt a largiore doſi opiatorum; quia expulſio requiſita retardatur & ſupprimitur.

§. 5.

VIx nobilius medicamentum præſcribi poteſt contra choleram, dyſenteriam, diarrhæam bilioſam, &c quam *opiatum* aliquod, v. g. *theriaca recens. diaſcordium Sylvii*, &c. cum *confectione hyacinthorum*, *ſpermate ceti*, &c.

De Mixturis anodynis & hypnoticis.

§. I.

℞. *Aq: fl:pap. err:* ℥iv
roſar: ℥j
ther. comp. ʒiij
tinct. croc. ʒiß
opii cochl. ij
ſpir. C. C. ʒß
ſyr. pap: errat: ℥ß
M.

Vel

℞. *Aq: nymph.*
portul. aa. ℥ij
ther. ſimp. ʒvj
ocul. 69 *pp.* ℈ij
tinct. croc ʒj
laud. op. gr. ij
oxym: ſcyllit.
M.

Animadverſiones in Mixturas anodynas.

§. I.

NOn ſolum tales mixturæ conducunt ad dolores mitigandos, verum etiam ad blandos ſudores proliciendos, præſertim in morbis ardentibus: modice enim dum ſanguinem incraſſant, efficiunt, ut ſudorifera addita meliorem ſortiantur effectum: ita obſervamus, ſudores, poſt exercitia, ad quietem compoſito corpore, copioſiores prodire.

§. I.

TInctura opii tartariſata mixturis rectius additur, quam laudanum opiatum, vel opium crudum: facilius enim cum cæteris miſcetur, & ſubtilior eſt.

De Hauſtibus narcoticis & hypnoticis.

℞. *Aq. meliſs.*
ros. aa. ℥j
ther. ſimpl. ʒvj
diaſc. Sylv. ℈ij
ocul. cancr. ℈j
ſyr. pap. err. ℥ß
M. f. H.

Vel

℞. *Aq. hord.* ℥ij
meliſs.
pap. rh. aa. ℥j
tinct. op. cochl. j.
ſal. prun. ℈ß
ſyr. pap. alb: ʒiij.
M. f. H.

Animadverſiones in Hauſtus narcoticos.

§. 1.

PRæſtat ordinarie dimidium hauſtus partem propinare pro doſi, ne nimis ſubito ſomnus producatur profundior, ſique intra ſesquihoram vel duarum horarum ſpatium æger non dormiat, hauriatur & altera doſis.

§. 2.

DOſis tincturæ *opii* veræ eſt ad *cochl.* ij, vel iij ad ſummum, & unumquodque cochlear continet granum unum *opii.*

De Bolis Anodynis.

℞. *Diaſc. Sylv.* ℈ij
antim. diaph. ℈j

croci

croc. gr. vj
ſyr. pap. alb. q. s.
M. f. Bolus.

Vel

℞. *Philon. Meſuæ* ʒj
Bezoard. min: ℈j
ſal. card. ben. gr. xv.
ſal. prun. gr. viij
croc. gr. vj
M. f. Bolus.

Animadverſiones in Bolos narcoticos.

§. 1.

COnſtantius & commodius boli hi operantur in vomitu, ſingultu, cardialgia, cholera, diarrhæa, &c. quam fluidiora; quia non adeo facile præterlabuntur, ſed materiæ peccanti efficacius obviam eunt.

§. 2.

SEmper ſimilibus narcoticorum bolis adduntur diaphoretica tam terreſtria quam ſalina, ut materia peccans melius evacuetur.

De pulveribus narcoticis.

℞. *Sal. abſinth.* ℈j
ſulph. viv. gr. xv.
laud. op: gr. j *vel* ij
ſacch. penid. q. s. ad gratiam
M. f. Pulvis.

Vel

℞. *Sal. vol. C. C. purif.* ʒß
ocul: cancr. pp. ℈j
pulv. pil. de cynogloſſa gr. vj

croc. gr v.
ol: roſm. gutt. iv
M. f. Pulvis.

Animadverſiones in pulveres narcoticos.

§. 1.

Pulveribus quidem etiam permiſceri poteſt camphora, ut mitius procedat operatio, ſed utplurimum ingratus eſſe ſolet ægris odor ejus & ſapor; mandragora vero & hyoſciamo interne rariſſimo uti ſolent cautiores Medici.

§. 2.

Contra cardialgiam, ſive ſtomachi dolorem, ab humore acri & mordaci oriundum, pulveres tales ſunt inæſtimabiles, iisque optime additur pauxillum *vitrioli* martis cum *zinzibere*. V. g. Ad hanc normam compoſitus eſt pulvis abſorbens Wedelii, Profeſſoris jeneus, in Germania famigeratiſſimus.

De Balneis Anodynis & hypnoticis.

℞. *Rad. hyoſciami*
mandrag. aa. ℥vj
alth. ℥iij
herb. malv.
alth. aa. M. iß
flor. nymph. M. ij
papav. rh.
hyper. aa. M. ß
capit. pap. alb. cum ſemine No. ij.
Coq. in ſ. q. aq: comm: & lactis dulcis & F. ſ. a.
Pediluvium aut Balneum.

Vel

Vel

℞. *Herb. Solan.*
ſemperviv: maj. aa. M. iij
aneth. M. ij
ſem. portulac.
lin. aa. ℥ß
flor. nymph. M. iij.
papav. errat. M. iß
ſulph. viv. ℥ß
ſal: comm ʒvj

Coq. in ſ. q. aq: comm: pro Balneo.

Animadverſiones in Balnea anodyna & hypnotica

§. 1.

INternis narcoticis nihil proficientibus, vel ubi eadem tuto uſurpari nequeunt (modo vires ægrotantis ſufficiant) maximo cum fructu talia adhibentur pediluvia, quibus etiam utiliter additur *abſinthium*, quod inter narcotica vel hypnotica liquido numerare licet: vires ſcilicet ingredientium, particulis aquæ lubricis & glabris aſſociatæ, facile poros & tubulos cutiſſubeunt & lymphæ ſanguinique communicantur.

§. 2.

POſtquam adminiſtata fuerint balnea, oxyrrhodinum fronti, temporibus & nuchæ conveniunter admovetur. e. g.

℞. *Aq. plantag.*
ſolan. aa. ℥ij
roſar. ℥j
ſucc. ſemperviv. maj. ʒx
acet. ſcillitic. ℥ß
op. crud. ℈j

M. f. Oxyrrhodinum.

De Balzamis Anodynis.

℞. *Camphor.*
myrrh.
croc. aa. ʒiij
rad. contraj.
cariophyllat. aa. ʒvj
opii ʒiß
Alcohol vini ſuper ligno ſaſſaphras deſtillati ℥xviij
M.

Digerantur in fimo equino vel MB. per octiduum, vel diutius, deinde ſupernatans liquor a fœcibus ſeparetur, uſuique ſervetur. Doſis eſt a gutt: xij ad xx in convenienti vehiculo.

℞. *Rad. angel: ver.*
carlin.
enul. camp.
zedoar. aa. ℥ij
croc. ℥j
herb. ſcord.
rut. aa. M. j
cinnam. elect.
cort. citr. aa. ℥j
myrrh. elect. ʒvj
opii
caſtor. op aa. ʒij.

Conſciſſa & contuſa infundantur in Spiritu bacc. juniperi, vel ſambuci obtime deplegmati ℔ iv: ſtent in digeſtione per xiv dies, vel diutius, ſæpius interdiu agitando, tunc tinctura decantetur, eique adde

Spir. tartar. vol. ℔ß
ſal. vol. C. C. ℥iij
ſpir. vitriol. vol. ℥iij
balſam. præced. ʒij
M. f. Balſamum.

Doſis eſt a gutt: x ad xx.

Anim-

Animadverſiones in Balſama narcotica.

VIs anodyna balſamis hiſce augetur additione opii, cui tamen volupe fuerit ad externum ſolummodo uſum præparare, ſufficiet ſola caphura, mediante ſpiritu frumenti (utpote qui, ſpiritu vini magis eſt anodynus) ſoluta, & per deſtillationem volatilizata.

§. 2.

EGregia ſunt iſta balſama in morbis contagioſis & peſtilentialibus, niſi ſingulares circumſtantiæ uſum eorum prohibuerint.

De Linimentis Anodynis

℞. *Ung. populei* ℥j
croc. pulv. ʒß
caſtor. ℈ß
ſperm. cet. ℈ij.
op. crud. ℈j
ol. papav.
nymph. aa. q. s.
M. f. Linim.

Vel

℞. *Ungu. albaſtr.*
popul. aa. ℥ß
camph. ℈ß
opii gr. xij
ol. lumbr, terr. q. s.
M. f. Linimentum.

Animadverſiones in Linimenta anodyna.

UTilia ſunt hæc linimenta in vigiliis diuturnis, nec non dolentibus hæmorrhoidibus, &c. niſi adfuerit phlegma vel inflammatio. Alias quoque ad ſomnum producendum efficax eſt ſequens pomum ſomniferum Regis Poloniæ.

℞. *Opii theb.*
ladan.
ſtorac. aa. ʒij
lign. aloës pulv.

rad. irid. flor. pulv: aa. ℥ß & ʒij
nuc. moſch:
croc: aa. ʒj

Exacte miſceantur & poſtea add:

moſch: orient. ℈ß
ambr: grys. ℈j
ol. lign. rhod. gutt. x

M. f. ſ. a. duo poma, quæ manibus tractentur donec incaleſcant, odorque nares feriat: pro lubitu autem ſuaveolentia eliminare licet.

CAPUT VII.

De incraſſantibus, repellentibus & adſtringentibus.

§ I.

OStendimus ſupra, quod ſanguinis humorumque acredo partim per contraria ſalia curari poſſit, partim per viſcoſa & emollientia involvi. Hoc vero capite, alium temperandi & corrigendi modum exhibebimus, per craſſa ſcabra & terreſtria.

§. 2.

STatuimus nempe, quod quævis terrea, qua talia, poros habeant admodum amplos, lateraque pororum conſtantia, quodque per ſe exigua gaudeant motus quantitate: unde ſequitur, quod ſpicula ſanguinis humorumque corroſiva facile excipere ſuis carceribus poſſint, & conſtanter retinere, humidumque abſorbere, ſiccioreſque per conſequens reddere partes ſtabiles.

§. 3.

NOtandum hic eſt, nos unice hic loqui de iis, quæ meræ ſunt terræ exſiccantes, abſorbentes & incraſſantes, non vero de iis,

iis, quæ per conſequentiam quandam incraſſant atque exſiccant, qualia ſunt multa volatilia, etiam ſudorifera, diuretica, purgantia, ſalivantia, &c. quatenus magnam humidi copiam ex corpore evacuant, nec proprie id præſtant, quod terrea. En autem catalogum principalium.

Vegetabilia : *Ligna* : ſantalum rubrum & citrinum, quercinum, alni.

Cortices: alni, quercus, malicorii ſive granatorum, caſtaneæ interiores, juglandium, chinæ chinæ, calyces glandularum quercus.

Radices: pruni ſylveſtris, pentaphylli, rhabarbari toſtæ, ſigilli Salomonis.

Folia: Lentiſci, myrti, plantaginis, quercus, liguſtri, cupreſſi, rubi, equiſeti, umbilici Veneris, burſæ paſtoris, ſumach, pyri, bellidis, piloſellæ, theæ chinenſium, vincæ pervincæ.

Semina: acetoſæ, portulacæ, myrtillorum, ſumach, acini uvarum, grana Kermes.

Flores: roſarum rubrarum, balauſtiorum, cytini.

Succi condenſati: Acaciæ, hypociſtidis, ſanguis draconis, catechu.

Succi liquidi: Acetoſæ, omphacium, granatorum, ſorborum, meſpilorum, mori immaturi, ribeſior:, corni, cydoniorum, vinum rubellum.

Animalia: Cornu cervi uſtum, ebur uſtum, penis ceti, mumia, lac ebutyratum, coagulum vituli, albumen ovi, teſtæ ovorum.

Mineralia: Alumen, vitriolum omne, ceruſſa, lapis hæmatites, pompholyx, terra ſigillata, bolus armena.

Marina: corallia rubra, conchæ, os ſepiæ.

Compoſita: Aquæ ex vegetabilibus enumeratis omnibus deſtillatæ.

Aceta: roſarum rubrarum, ſeminis ſumach, catechu, cort: granatorum, &c.

Tincturæ: catechu, roſarum rubrarum, capitis mortui lapidis hæmatitidis, martis adſtringens, cortic: granatorum.

Electuaria: confectio hyacinthorum & alkermes.

Condita & mellita: fructus berberorum, miva cydoneorum, rob acaciæ, rob berberorum, mel roſatum.

Pulveres: croci martis adſtr: ſaccharum ſaturni, ſpecies diatrionſantalon, magiſterium corallorum rubrorum, magiſterium oſſis ſepiæ.

Syrupi: de agreſta, cydoneorum, diamoron, granatorum acidorum, myrtinus.
Trochiſci: de carabe, de rhabarbaro, de terra ſigillata, de ſpodio, ſi:f album.
Olea expreſſa: Nucis moſchatæ.
Olea infuſa: cydoneorum, myrtillorum, roſarum, omphacinum ſolani.
Emplaſtra: ad rupturas Fernelii, minii, ſparadrapum, ſive tela Gualteri, de maſtiche.
Unguenta: Comitiſſæ, refrigerans Galeni, de bolo, album Rhaſis, diapompholigos, de minio, de lithargyrio, de lapide calaminar: &c:

Animadverſiones generales in incraſſantia, &c.

§. 1.

IN cacochymicis corporibus, cachecticis, ſcorbuticis & hydropicis, raro aut nunquam propinentur adſtringentia, niſi forte in declinatione morbi, ad roborandum: nimis enim ſanguinem incraſſant, & obſtructiones novas producunt, veteresqne augent..

§. 2.

IN fluxionibus alvi, dependentibus ab acredine ſanguinis & humorum, nunquam adſtringentia ſunt adhibenda, niſi in declinatione; fur enim includitur in domo, violentiusque malitiam ſuam exercet impoſterum: id puta in gonorrhæa, fluore muliebri, fluxionibusque pluribus.

§. 3.

IN inflammationibus omnibus abſtinendum eſt ab adſtringentibus & repellentibus, dum viget morbus, ſed in principio & declinatione tuto adhibentur, quia levis adſtrictio, quam corroborationem vocant, tunc neceſſaria eſt; ſed alias facile producunt gangrænam & ſphacelum.

§. 4.

§. 4.

REpellentium nomine veniunt aliquando nonnulla, quæ, licet alia occaſione incraſſent, tamen aliis in caſibus non adſtringunt, quin potius dividunt & attenuant: ita contuſiones feliciſſime curari videmus oxycrato Galeni, vel aliis acetis, ſive compoſitis, cum tamen eadem aceta alia occaſione incraſſent.

§. 5.

PEr incraſſantia nonnunquam adeo ſuffocantur mali fomites, ut ad rarefactionem perduci nequeant, vel per vaſa revehentia ad ſanguinem demitti: ita febres, præſertim intermittentes, longum ad tempus coërceri & ſupprimi poſſunt cortice Peruviano, alumine, nuce moſchata, & ſimilibus: ſed tamen febris pejor dein revertitur, vel reſultat aliud inde malum pejus priore, v. g. paralyſis, hydrops, ſcirrhus lienis, &c. quapropter nonniſi ſumma neceſſitate urgente, rationalis Medicus talia præſcribere debet.

De Decoctis adſtringentibus.

℞. *Rad. Ariſt. rot:* ℥j
conſol: maj.
biſtort: aa ℥iß
liquirit. ℥ß
herb. osmund: regal:
vinc: pervinc: aa. Miß
bacc: junip. ℥j
paſſal: maj: cum arillis contus: ℥ij
Coq. in ſ. q. aq: font:, ſub finem decoctionis addendo
vini rubr. ℥iv
Colat: ℔ iij adde
mell: ros: adſtr: ℥j.
M. f. Decoctum.
Vel
℞. *Lign. ſant. rubr.* ℥j

cort granat. ʒij
herb: conſol: maj.
pyrol: aa. M.ij
flor. balauſt:
roſ: rubr: aa. *P.* ij
paſſul: maj: cum arillis contus ℥iij
bacc: laur: ℥ß

Coq. in ſ. q. aq: font: ad ℔iij colaturæ adde
ſyr. granat. ℥iß.
M. f. Dococtum.

Animadverſiones in Decocta adſtringentia.

§. 1.

RAro, in fluxionibus alvinis, ſæpius in exulcerationibus & vulneribus, rite prius mundificatis, præſcribuntur tuto; ſemper tamen iis addenda veniunt quædam detergentia & attenuantia, ne vel atrophiam, vel hydropem producant.

§. 2.

NUnquam diu continuandum eſt in uſu adſtringentium, quia non ſolum ſanguinem nimis incraſſant, ſed & ventriculi atque inteſtinorum fibras exſiccant & ipſis corrugationem morbificam conciliant.

§. 3.

EX ſimilibus decoctis componi poſſunt clyſteres & fomentationes, contra fluxiones alvinas declinantes, imo & contuſiones cranii inſigniores, e. g.

℞. *Rad: ariſt. rot.*
biſtort: aa. ℥j
alth. ℥ij
herb: ſanic.
pyrol. aa. M.j

flor.

flor. roſ: rubr:
hyper: aa. *P*. j.
ſem: ſumach. ʒj.

Coq. in ſ. q. aq: com: colat: ℥viij add:
mell: roſ. ℥j
vitell: ov. No. j
M. f. Clyſter.

Vel

℞. *Herb: majoran:*
ſalv: aa. M. j.
flor. balauſt:
roſ: rubr: aa. *P*. ij
ariſtol: rot: ℥ß

Coq. in ſ. q. aq: font: & vin: rubr: aa. p. æq. & F. ſ. a. Fomentatio.

De Mixturis adſtringentibus.

℞. *Aq: fl: pap: rh:* ℥iv
plantag: ℥iß
catechu pulv: ℈j
tinct. mart. adſtr: gutt: viij
ſyr: myrtill: ʒvj.
M.

Vel

℞. *Aq. nymph:*
ſigill. Salom: aa. ℥ij
troch: de terra ſigill: ʒß
ſang: drac: gr. xij
laud: op: gr. j.
Syr. granat: ʒvj
M.

Animadverſiones in Mixturas adſtringentes.

§. I.

COmmodius uſurpantur mixturæ hæ, quam decocta adſtringentia, ſubtiliusque operantnr. Quod ad hauſtus attinet, non

 opus

opus eſt ut formulas ſubjungamus, quia dimidiata mixturæ copia faciet hauſtum convenientem.

De Bolis adſtringentibus.

℞. *Philon: Meſuæ* ℨj
terr: ſigill: ℈j
ſal: prun. gr xv.

M. f. Bolus. cum pauxillo *ſyrupi diamor:* ſumendus.

Vel

℞. *Diaſcord. Sylv:* ℈ij
ſucc: acac: ℈j
bol: armen: gr. xv.
ſyr. myrtill: q. s.
M. f. Bolus.

Animadverſiones in Bolos adſtringentes.

§. 1.

SPeciatim conducunt in fine ſive declinatione fluxionum alvinarum, ſed imprimis in hæmoptoë, ubi diutius ore detinendi ſunt boli, ut virtus eorum immediate per conniventem epiglottidem perveniat ad pulmones.

§. 2.

ETiam tales boli maxime proſunt morbis acutis & phrenitidi, modo fortiora adſtringentia eliminentur, & ſubſtituantur nitroſa & caphurata.

§. 3.

SI vero ægrotans bolos deglutire nequeat, eligendi ſunt pulveres v. gr.

℞. *Terr: ſigill:* ℈j
caph. gr. iij
ſal: prun: ℈ß
ſacch: ſaturn: gr. iv
laud: op: gr. ij

M. f.

M. f. pulvis cum vehiculo aquoſo conveniente ſumendus.

Vel ℞. *bol: armen:*
terr: ſigill: aa. gr. xv.
laud: op: gr. ij
camph. gr. ij
ſal: ſaturn: gr. iv
ſacch: perlat: q. s.
M. f. Pulvis.

De Conditis adſtringentibus.

℞. *Conſerv: ros: rubr: antiq:* ℥ß
miv: cydon: ℥j
bol: armen: lævig: ʒß
ſang: dracon: ℈j
croc: mart: adſtr: gr. viij
ſyr. de alth: Fern: q. s.
M. f. Conditum.

Vel ℞. *rob: acac:* ℥jß
magiſt. corall: rubr: ℥jß
ſpec: diatr: ſant: ℈ij
ſang: drac: gr. xv.
ſyr: cydon: q. s.
M. f. Condit.

Animadverſiones in Condita adſtringentia.

§. 1.

SOlent vulgo condita ſumi ad magnitudinem nucis moſchatæ; diuque (ſi contra affectionem pulmonis cruentam) ore detineri debent: ſed notandum, quod quamprimum ſputum cruentum ceſſaverit, ceſſandum etiam ſit ab ſimilibus medicamentis.

§. 2.

AD normam iſtorum conditorum fieri poſſunt alia, ad putredinem gingivarum, dentiumque vacillationem in ſcorbuto graviore. v. gr.

℞.

℞. *Mell: roſ:* ℥j
oxym: ſcyll. ℥ß
aloës luc: pulv: ℈ij
alum: uſt. ℈ß
ſucc: catechu pulv: ʒß
ſpir. cochl. gutt: xxx

M. ad conſiſtentiam opiatæ tenuioris, qua mediante gingivæ illinantur & modice fricentur, intercedente penicillo, vel digito, poſtea os eluendum eſt vino rubro: interim & hoc addendum, quod interne ſimul uſurpari debeant antiscorbutica.

De Gargarismatibus repellentibus.

℞. *flor: roſ: rubr.*
balauſt. aa. *P.* iij
paſſul. maj: cum arillis & acinis ℥j
fol. quercus M. j
ſcord: M. ß

Coq. in aq: chalib: ſ. q. colat: ℔iß add:
ſyr. diamor. q. s.
M. f. Gargar.

Vel

℞. *Cort. granat:*
med: ſamb. aa. ʒiij
flor. balauſt: P. ij
ſucc. catech. ʒj

Coq. in ſ. q. aq: comm: Colat; ℔j add:
mell: roſ, q. s.
M. f. Gargariſma.

Animadverſiones in Gargarismata repellentia.

§. I.

USum inſignem habent non ſolum in dentium vacillatione, verum etiam procidentia uvulæ, & angina, modo mature ſatis adhi-

adhibeantur, nam in augmento & ſtatu plus aliquando nocent, quam proſunt, tuncque ſequentem in modum fieri debet mutatio.

℞. *Rad ebul:*
irid. fl:
liquir. aa. ℥iij
flor. chamon. P. ij
ſambuc. P. iij
ros. rubr. M. j
ficuum par v.
alb. græc ℥ij
Coq. in decocto rapar: Colaturæ ℔ij adde
theriac. ℥ij
ſyr. capill: ven. q. s.
M. f. Gargarisma,
quod attenuat & modice repellit.

§. 2.

DUm hæc uſurpantur, externe collo imponenda ſunt cataplasmata ex ingredientibus naturæ conſimilis, porroque interne utendum eſt attenuantibus & diaphoreticis, cum nitroſis

De Balſamis adſtringentibus.

℞. *Rad. biſtort*
ariſt. rot. aa. ℥j
cort. gran. ℥ß
herb. ſcord. M. ß
ſucc. catech. ℥iß
ſang. drac. ℈ij
Coq. in vaſe clauſo in ſ. q. vin: generos: poſtea F. colatura, cui add: *ſpir: vin:* ℥j
balſam. per. v. ℥j
locatelli ℥ß
M. f. s. a. Balſam.
Vel
℞. *Balſam. locatelli* ℥j

pulv. catechu. ℈j
ſang. dracon. ℈ß
bals. peruv. ℈ij
M. f. s. a. Balſam.

Animadverſiones in Balſama adſtringentia.

§. 1.

OPtimo cum ſucceſſu talibus balſamis additur quoque opium, quatenus & hoc efficaciter incraſſat.

§. 2.

EX farragine adſtringentium eligenda, quantum poſſibile, ſunt ea, quæ initio quidem adſtringunt, ſed poſtea blande aperiunt: talia imprimis ſunt ſuccus *catechu*, *vitriolum album* & herba *Theæ*.

De linimentis repellentibus.

℞. *Succ. ſemperv. maj.*
portul.
plantag. aa. ℥iß
acet. ros.
vin. rubr. auſt. aa. ℥j
ol. myrtill. ʒx
Agitentur in mortario plumbeo addendo
pulv. cort. gran.
biſtort. aa ʒj.
M. pro Linimento.
Vel
℞. *Ung. popul.*
comitiſs. aa. ℥ß
bol. armen. ℈ij
ſal. ſatur. gr. xv
ol. omphac q. s.
M. f. Linim.

Animadverſiones in Linimenta repellentia.

§. 1.

TAlia linimenta conveniunt in rupturis ſive herniis, poſtquam nempe viſcera propendentia fuerint in priſtinum locum reſtituta, & poſtea emplaſtrum adſtringens ſuperimponatur cum faſcia.

§. 2.

NIhilominus pluribus in caſibus præferimus ea, quæ minus ſunt pinguia, & per conſequens ſimplicia epithemata.

De Emplaſtris adſtringentibus.

℞. *Rad. conſol. maj.*
biſtort. aa. ℥iß
ariſt. rot. ʒij
gallar.
nuc. cupreſſ.
cort. granat. aa. ʒiß
flor. balauſt:
roſ. rubr.
fol. querc. aa. ʒß
aloës
ſang. dracon.
acac.
lumbr. terr. exſicc:
thuris
maſtich.
myrrh.
ſarcocoll.
mumiæ aa ʒj
picis naval.
coloph:
gypſi uſt aa. ʒij

litharg.
bol. armen.
lap. hæmat.
chalyb pp. aa. ℈ij
terebinth. ven. q. s.
M. f. s. a. Emplaſt.

Vel

℞. *Empl. contra rupturas Fernelii* ℥j
bals. copaiv: ℈ij
bals. peruv: ʒß
ſang. drac. ℈ij
ol: ros. q. s.
M. f. s. a. Emplaſtrum.

Animadverſiones in Emplaſtra adſtringentia.

§. 1.

MAxime ſolent contra rupturas & fracturas uſurpari, diuque ſuper partem affectam detineri poſſunt & debent, niſi aliæ prohibeant circumſtantiæ: quies enim hic neceſſaria eſt; verum notandum, quod ſcrotum & teſticuli talia non facile ferant.

§. 2.

QUemadmodum ſupra diximus nos non multum amare pinguiora linimenta, ita idem hic repetimus circa emplaſtra, inter quæ melius eſt ſequens;

℞. *Thur.*
maſtich.
bol. arm.
ſang. drac. aa. ℥ß
farin. molend. vol. ℥j
rad: conſol: maj. ʒij
ſev. ariet. ℥iij
cer. flav q. s.
M. f. Emplaſtrum.

CAPUT VIII.

De Emeticis, ſive Vomitoriis.

§ 1.

VEntriculum variis de cauſis tam internis, quam internis præter naturaliter onerari, & ſaburra viscida obduci, notius eſt, quam ut longo verborum apparatu probare vel inſinuare opus ſit: Certe ingurgitatio copioſorum alimentorum, præſertim craſſorum, terreſtrium, viſcoſorum, ſalitorum & fumo induratorum, acidorum, &c. quemadmodum haud raro fieri ſolet in regionibus ſeptentrionalibus, non poteſt non efficere, ut fermenti naturalis energia infringatur; unde nonniſi craſſus, ſive crudus elaboratur chylus, parsque maxima alimentorum manet indigeſta, quæ lateribus ventriculi rugoſis adhærens anxietates inſignes præcordiorum excitat, imo & cardialgiam, anorexiam, nauſeam & vomitum, præſertim tempore matutino. Chylus ergo crudus cum ſanguinem notabiliter incraſſet, circulatio retardatur, fermentum ventriculi inertius redditur, laſſitudines ſubveniunt ſpontaneæ, &c. ſummatim, quod in prima coctione non rite fuerit correctum vel præparatum, id nec in ſecunda, nec tertia coctione corrigitur vel præparatur.

§. 2.

HUic ergo malo ut medeatur practicus, corrigere primo debet primas vias, & ex iis ſaburram eliminare tam per vomitum, quam ſeceſſum. Verum hæc medicamenta ſunt diverſæ naturæ: quædam enim operantur ratione ſui ſalis vel acidi inſenſibilis, & quidem exigua quantitate, ſive doſi, qualia ſunt *antimoniata*, *mercurialia* & *vitriolica*, modo rite præparata; quædam vero operantur ratione acrimoniæ inſignis & amaritudinis, v. g. *aſarum*, *bryonia*, *carduus bnedictus*, *colocynthis*, &c. quædam denique operantur vel pinguedine ſua, qualia ſunt *olea* copioſe hauſta, vel quantitate inſigni,

 quem-

quemadmodum *aqua tepida* largius hauſta : non enim ſolummodo quantitate *aquæ hauſtæ* ad contractionem inſolitam ventriculus invitatur, verum etiam partes viſcoſæ ventriculo inhærentes, ad motum paulo majorem perductæ fibras movent irregulariter non ſecus, ac lumbricus, vel anguilla, &c. ſuper cutim dum repunt, ingratam menti conciliant perceptionem, propter quam ſpiritus irregulariter deorſum ad partem motam feruntur, & ſpecies convulſionum vel convulſiones ipſas excitant.

§. 3.

UT ergo melius hæc vomitoria in uſum medicum venire poſſint, catalogum eorum primo exhibebimus, poſtea vero in animadverſionibus particulares dabimus inſtructiones.

Vegetabilia : Cortices : mediani ſambuci, juglandium, juli etiam earundem.

Radices: ebuli, atriplicis, aſari, cyclaminis, betonicæ, bryoniæ, cucumeris agreſtis, eupatorii, melonum, narciſſi, peponum.

Semina : anethi, atriplicis, cucumeris ſativi, erucæ, raphani, urticæ, cataputiæ, nicotianæ, geniſtæ, naſturtii, ricini.

Flores: anethi, ebuli, geniſtæ.

Succi: raphani, aſari, gratiolæ, cyclaminis.

Fructus: nux vomica.

Olea: olivarum, amigdalarum, chamomillorum, hyperici, anethi, liliorum alborum.

Animalia: raſura unguium humanorum ex vino hauſta, butyrum non ſalitum, vel cremor lactis copioſius aſſumptus, axungiæ, ſecundinæ exſiccatæ, pulvis inter pilos & cutim equorum ſtrigulis eductus.

Mineralia: Hepar antimonii, crocus metallorum, vitrum antimonii, regulus antimonii ſimplex, mercurius vitæ, præcipatum album & rubrum, turpethum minerale, tartarus emeticus, vitriolum hungaricum, romanum & album. Plura videre liceat apud Auctores, & ſpeciatim Griilingium in Florilegio.

Animadverſiones in Emetica ſive Vomitoria.

§. 1.

OMnia purgantia, majore doſi hauſta, evadunt vomitoria, ita ut non niſi minori gradu diſtent ab vomitoriis.

§. 2.

PLeraque vomitoria corriguntur acidis & cicurantur, unde concludimus, potiorem eorum virtutem dependere a ſale cauſtico.

§. 3.

OMnia ſudorifera oleoſo-ſalina, v. g. *theriaca*, *diaſcordium*, *requies Nicolai*, *philonium Meſuæ*, *antimonium diaphoreticum*, *oculi cancri*, *crocus*, *&c*: vomitus enormes, ex emeticis fortioribus ortos, compeſcunt.

§. 4.

NOcent vomitoria ſæpiſſime obeſioribus, etiam gibboſis, vel quibus eſt pectoris conformatio gibboſa, nocent quoque hæmoptoïcis atque hernioſis.

§. 5.

VOmitoria cautiſſime adhibeantur hyeme, quia materia peccans tunc nimis eſt craſſa, & ad exeundum pertinacior.

§. 6.

GRavidis & puerperis nunquam, niſi ſumma urgente neceſſitate propinentur vomitoria, ne oboriatur abortus.

§. 4.

§. 7.

PRæſtat ubique vomitoria præſcribere in infuſo, & quidem filtrato, quam in ſubſtantia, ne nimis vehemens & diuturnus exoriatur vomitus.

§. 8.

IN morborum acutorum principio, nec non febrius intermittentibus, tuto, modo materia peccans turgeat, nullæque ſingulares circumſtantiæ vetent, præſcribuntur vomitoria; cum periculo autem in morbi acuti augmento vel ſtatu.

§. 9.

POſt vomitoria exhibita, bene clyſteres præſcribuntur in alvo admodum adſtricta, & morbo ſoporoſo.

§. 10.

BEne etiam vomitoriis adduntur purgantia in morbis chronicis: ita enim, dubium faciendo medicamentum, experiemur, quo natura tendat.

§. 11.

IN caſu acri, v. g. cholera humida, cardialgia graviore, &c. nulla antimoniata vel mercurialia conveniunt, ſed ſola pinguia & aquoſa.

§. 12.

EVacuatio, quæ fit per vomitum, uti vehementior eſt, quam quæ per ſeceſſum, ita, ſi cum *υφοϱία* peragatur, plus prodeſſe ſolet, quam decies repetitum purgans. Vid: Williſii pharmac: ration: part: 1. ſect: 2. cap. 2.

De

De Hauſtibus Vomitivis.

℞. *Croc. metall.* ʒß
vin: hiſp: vel generoſi dulc. ℥ij.

Infund: per noct: in loco calido intra phialam concluſam, mane fiat calatura per chartam emporeticam. Colaturæ unciæ unius & ſemiſſis add:

aq. cinam. ℥ß
M. f. Hauſt.
Vel
℞: *fol. aſari virid.* No. v.

Contundantur in mortario lapideo, poſtea ſuccus exprimatur, eique add:

oxym. ſcillit: q. s.
M. f. Hauſtus.

Animadverſiones in Hauſtus vomitivos.

§. 1.

FOrmulæ decoctorum vel mixturarum (ſua natura) emeticarum nunquam preſcribuntur: non enim convenit ægrum indies ad vomitum perducere; quapropter etiam obſervandum eſt, quod, ſi decoctis attenuantibus addendæ veniant *radices bryoniæ* vel ſimilia, eligere debeamus herbas & radices ſiccatas, quia vis emetica exſiccatione evanuit, niſi majori doſi ingrediantur.

§. 2.

PRima hauſtus noſtri vomitivi formula venire ſolet nomine *aquæ benedictæ Rulandi*, cujus uſum autor adeo deprædicat in curationibus ſuis Empiricis; ſed diſputant alii, an ſumendus ſit *crocus metallorum*, an vero *vitrum antimonii*: primam ſententiam fovet Quercetanus & cum eo Hartmannus, ſecundam vero defendit Brendelius in Chymia ſua, ad artis formam redacta: utramque valere oſtendit D. Michaëlis, Profeſſor olim in Lipſienſi Academia celeberrimus.

mus: quicquid ſit, non eſt, quod de eo multum ſimus ſolliciti, quia res eodem redit, modo utraque rite fuerit præparata & adminiſtrata.

§. 3.

Conſideratione dignum eſt, quod vis emetica *antimoniatorum*, exigua quantitate (quoad ſenſus externos) liquoribus communicata, tam inſignes præſtet effectus: nullum enim colorem, nullum ſaporem communicant, ponduſque eorum amiſſum, inſenſibile eſt: ſed ratio eſt, quod effluvia iſtorum ſint conſtantiſſima, quemadmodum ſupra etiam diximus circa opiata, ut ut ſint ſubtiliſſima; ita fulgur turbat vina & cereviſias, intra dolia optime concluſa, nullo veſtigio læſionis occurrente in lateribus ligni.

§. 4.

Patet ergo, quod non adeo ſit attendendum ad doſin *croci metallorum* vel *vitri antimonii*, &c. quam quidem ad doſin liquoris, in quem infundantur: ſive enim ſumatur *uncia integra croci metallorum*, vel *vitri antimonii*, ſive *drachma ſemis* ad ℥ij liquoris, res eundem ſortietur effectum, quia liquor non niſi determinatam effluviorum copiam abſorbere valebit.

§. 5.

Vitrum antimonii redigi poteſt in purgans, ſatis blandum, ſequenti modo:

℞: *Vitri antimonii*, in ſubtiliſſimum pollinem triti, quantum placet; irroretur *oleo vitrioli*, ita ut inde efformari poſſit paſta, quæ exſiccetur, & pulveriſetur, laborque iſte ter repetatur; poſtremo demum digeratur cum ſpiritu ſequente per dies xiv.

℞. *Maſtich.* ℥j
ſpir. vin. rectif. ℔ß

Digerantur & deſtillentur ſ. a. Digeſtione autem cum ſpiritu peracta, accendatur ſpiritus & deflagret: ſic enim remanet *vitrum antimo-*

timonii, quod per inferiora purgat. Doſis a *gr.* iij ad vj in *conſerva ros: pallid:*

De pulveribus emeticis

℞. *Rad. aſar. pulv.* ℈ß
mercur: vit: gr. ij
ſacch. cand. gr. xij.
M. f. Pulvis.

Vel.

℞. *Tart. emet: vulg:* gr. v
diagrid. gr. j
ſacch: parum.
M. f. Pulvis.

Animadverſiones in pulveres emeticos, ſive vomitorios.

§. 1.

RAro præſcribi ſolent vomitoria ſub formula pulveris, quia nimis fixe rugis ventriculi inhærent, vehementioresque ſimul & diuturnas excitare ſolent vomitiones. Si tamen certus eſt Medicus materiam peccantem eſſe admodum viſcidam, paralyſinque nervorum ventriculi adeſſe, tuto eos adhibere poterit.

§. 2.

MErcurium vitæ addidimus exigua quantitate, quia bene operatur; nec putandum eſt una cum Veteribus, *mercuriale* quid adeſſe, ſed totus quantus eſt *antimoniatus* (unde male dicitur *mercurius*) hocque evidenter oſtendi poteſt fuſione, qua mediante abit in *vitrum antimonii.*

De Bolis emetecis.

℞. *Tart. emet. vulg.* gr. iij
diagrid: gr. j.
conſerv. ros. pall: ℈ij
M. f. Bolus.

 Vel

Vel

℞. *Sal: vitriol: alb:* gr. xv
diagrid. gr. ij
conſerv. ros: pall: q. s.
M. f. Bolus.

Animadverſiones in Bolos vomitivos.

§. 1.

NUllæ ſunt conjungendæ *conſervæ* adſtringentes vel *anodinæ*, ne *vomitorii* vis nimis coërceatur; ſique neceſſum ſit vomitum nimium cohibere, tempeſtive id poſtea corrigi poteſt *aqua cinnamomi*, cui additum fuerit *diaſcordium Sylvii.*

§. 2.

IN gonorrhæa virulenta, præſertim inveterata, ſequens vomitorium egregie conducit, modo vires ſuffecerint: potenter enim operatur,

℞. *Turpeth. min:* gr. viij
rob. ſambuc. q. s.
M. f. Bolus.

De cæteris vomitoriis conſulantur Willis, loco ſupra citato; Morellus de methodo præſcrib: form: & alii.

CAPUT IX.

De Purgantibus.

§. 1.

AFfinia vomitoriis eſſe purgantia, jam ſupra obiter monuimus, ſale enim ſuo acri & mordaci (quemadmodum patet ex torminibus ventris) fibrillas inteſtinorum motrices vellicando, efficiunt, ut ſpiritus animales, verſus eas, ſolito celerius & validius influant, adeoque

que glandulas vaſaque excretoria comprimant, ita ut non ſolum humores, cum bile & ſucco pancreatico, ſolito copioſius erumpant, glabramque reddant ſolito magis inteſtinorum ſuperficiem, verum etiam vivacius excrementa podicem verſus devolvant.

§. 2.

OPerantur autem purgantia, non ſecus ac vomitoria, &c. diverſis modis: quædam ratione partium ſuarum aquoſarum & flexibilium, v. gr. *juſcula pingua*, *aquæ* variæ *minerales*, quanquam & hæ notabilem poſſideant ſalis varii copiam: quædam operantur ratione ſui ſalis acidiuſculi, qualia ſunt *pruna damaſcena*, *pulpa caſſiæ* & *tamarindorum*, *cremor tartari*, *rob ſambuci*, &c. alia denique operantur ratione ſui ſalis mordacis & nonnihil cauſtici, reſpectu inteſtinorum, quemadmodum patet ex torminibus & doloribus ventris, quos inferunt; eſt vero illud ſal mordax determinatæ magnitudinis & figuræ, ut ſedes producat: non enim omnia ſalia mordacia & cauſtica ſunt purgantia, nec in ſanguinem eum introducunt motum fermentativum, quo nonnullæ homogeneæ particulæ ſibi invicem aſſociantur, præcipitantur, & verſus loca minus reſiſtentia irritata, nempe inteſtina, copioſiſſimis vaſis adductoriis excretoriiſque inſtructa, propelluntur, ut poſtea melius eliminentur; hæcque poſteriora proprie vocari ſolent purgantia, quatenus non ſolum ſolum primas vias, verum etiam ſecundas & tertias, hoc eſt vaſa omnia & nervos purificant fœceſque fluidorum eliminant.

§. 3.

EVidenter hinc conſtat, quod peccent enormiter illi Medici, qui indifferenter purgantia præſcribunt, nulla ratione habita diverſitatis materiæ peccantis; meliora certe veteres (quamvis ipſorum diviſio nobis in omnibus non arrideat) fecere, qui diviſerunt purgantia in quatuor claſſes, cholagoga, phlegmagoga, hydragoga & melanagoga, juxta doctrinam quatuor intemperierum, bilioſæ, pituitoſæ, aquoſæ & melancholicæ: profecto, non omnia frementantur vel dividuntur ab omnibus, ſed medicamenta, &c. (uti ſupra dictum) omnia determinate agunt in hos v. gr. humores, præ iſtis.

§. 4.

Si quis quærat, cur evacuatio, ope purgantium, potius fiat per alvum, quam per alia corporis emunctoria; reſpondemus ipſi primo, quia cavitas inteſtinorum eſt amplior, pluribuſque vaſis excretoriis amplis inſtructa; ſecundo, quia fibræ inteſtinorum ab inhærente purgante magis vellicantur, unde ſpiritus animales majori copia illac influunt, glanduláſque cum vaſis excretoriis comprimunt, non ſecus ac manus ſpongiam madidam, ſicque fluidum majori copia expellunt.

§. 5.

Catalogus purgantium ſpecificorum, juxta hypotheſin Veterum, comprehendi ſolet ſequentibus verſiculis.

Cholagoga.

Caſſia, manna, tamarindi, ſuccuſque roſarum.
Scammonium, myrobalani, rhabarbarum, aloë.

Phlegmagoga.

Carthamus, agaricus, turbith mechoaca, jalappa,
Emblica, belliricæ, chebulæ, colocynthis amara.
Hermodactylus, euphorbium, opopanax, ſagapenum.

Hydragoga.

Eſula, gratiola atque ireos ſuccus, mechoaca.
Poſt ebuli ſemen, ſuccus cortexque elaterii
Soldanella virens, cum gumi gotte, jalappa.

Malanagoga.

Sunt indæ balani, lazuli lapis armeniuſque,
Senna, polypodium quernum, helleborus, epithymum.

Commodius tamen, juxta ſeriem triplicis regni, vegetabilis, animalis, & mineralis, fieri poteſt catalogus, modo ſequenti.

Vegetabilia: *Cortices* mediani ſambuci, cort: radicnm ebuli, lapathi acuti.

Ra-

Radices: bryoniæ, cichorei, jalappæ, hellebori nigri, fumariæ, polypodii querni, rhabarbari, gratiolæ, turbith, mechoacannæ.

Herbæ: Eſula, ſummitates ſambuci verno tempore collectæ, aſarum, lactuca, acetoſa, mercurialis, ſoldanellæ, taraxaci cum toto, cichoreum, ſenna.

Fructus: Myrobalani omnes, baccæ ſambuci, nux vomica, juglandes virides, caſſia fiſtula, ficus recentes, pruna, tamarindi, paſſulæ majores & minores, poma ſubdulcia, colocynthis.

Semina: Carthami, ebuli, ſtaphidis agriæ, ſed rariſſime.

Succi condenſati. Manna calabrina & germanica, reſina jalappæ, ſcammonium, aloë, euphorbium, opopanax, ſagapenum, gummi ammoniacum, gummi gotte.

Succi liquidi: acetoſæ, roſæ albæ & provincialis, ebuli, eſulæ, bryoniæ, &c.

Fungi: Agaricus; cujus notæ bonitatis, ſequenti diſticho comprehenditur:

Res frangi præſto, pretioſus agaricus eſto,
Condidus & ſplendens ponus in libra leve pendens.

Animalia: Fella animalium, butyrum, lac, ſerum lactis, pulvis in ſtrigile equino collectus.

Mineralia: lapis lazuli, armenius, Mercurius dulcis ſublimatus, præcipatus albus, ruber, flavus & cinereus, vitrum antimonii correctum, ſulphur antimonii, &c.

Compoſita officinalia: *electuarium*, cholagogum, hydragogum Sylvii, diaphœnicum, diacatholicum, diaprunum ſolutivum, confectio hamech, de ſucco roſarum, hiera picra Galeni, hiera diacolocynthidos, benedictum laxativum, diacarthamum, lenitivum.

Mellita, & *condita*: mel virgineum, nuces juglandes virides conditæ, radices cichorei conditæ, &c.

Extracta: catholicum, rhabarbari, pilulæ cochiæ majores & minores, aloëphanginæ, maſticinæ.

Syrupi: roſarum ſolutivus, de cichoreo cum rheo.

Pulveres, ſive ſpecies. Diaſennæ, diaturbith cum rhabarbaro, hieræ ſimplicis Galeni, cremor & cryſtalli tartari, ſal prunellæ, tartarus vitriolatus.

Rob;

Rob: ſambuci & ribeſiorum.

Trochiſci: agaricus trochiſcatus.

Animadverſiones Generales in purgantia.

§. 1

NUnquam præſcribantur purgantia, niſi turgeat humor peccans, juxta Hippocratem, Sect: 1 Aph: 22: ubi inquit: concocta purgare & movere oportet, non cruda, neque in principiis, niſi turgeant, plurima vero non turgent.

§. 2.

IN fluxionibus alvi, licet contrarium monere videatur Hippocr: Aph: xx. ſect: 1. purgans non eſt omittendum, ſed ſit lene, quale rhabarbarum, &c: niſi enim tali medicamento materia peccans eliminetur, majore cum atrocia malum furit: confer Hippoc: ſect: 1 Aph: 2.

§. 3.

ÆStivo & verno tempore ſemper, proportione habita, minori doſi propinentur purgantia, quam autumno vel hyeme, quia tunc fluidiores ſunt humores & ad evacuationem procliviores.

§. 4.

PHthiſicis, hydropicis deſperatis, nec non vehementer febricitantibus, purgatio, ſi non ſemper, ſaltem utplurimum, nocere ſolet: vel enim funeſtam pariunt hypercatharſin, vel virium imbecillitatem.

§. 5.

GRavidis ſimiliter purgantia caute admodum propinenrur, ne abortiantur: vid; *Hipp. ſect*: 4. *Aph*: 1. *ſect*: v. *Aph.* 29.

§. 6.

§. 6.

IN hæmorrhoidibus, atque hæmorragiis quibuscunque, non minus, quam in gravidis, purgantia ſunt pernicioſa; dico, non minus: nam limitationem aliquam habet uſus purgantium in gravidis, nullam vero prædictis in caſibus: etſi enim alvus fuerit adſtricta, non purgantibus, ſed laxantibus, ſive eccoproticis procedendum.

§. 7.

PUrgantibus pleriſque alvus poſtea adſtringitur, ſitiſque intenditur; ratio eſt, quod inſignis humidi copia evacuata cum ſit, defectus ejus percipiatur deinde in inteſtinis & palato; quapropter, quantum poſſibile, abſtinendum eſt ab acrioribus, ſive violentioribus purgantibus; quia nimis corpus exſiccant, & quandoque febrem conciliant non facile ſuperabilem: nemo enim vel mitioribus purgatur, quin aliquomodo febricitet, id quod ex rationibus ſupra memoratis facile concludere licebit.

De Apozematibus purgantibus.

℞: *Rad. fœnic.*
petroſel: aa ℥iß
tarax: cum toto Miß
cichor: ℥j
herb: acetos: M.j
ſcord.
meliſs: aa M.ß
paſsul: minor: ℥ij
ſem fœnic. ℥ß
Coq. in ſ. q. *aq: comm:* ſub finem decoctionis infund.
fol: ſenn: orient: mund. ℥ß
rhab: elect. ʒj
colat: ℔iß add.
oxym: ſcillit. ℥j
M. f. Apozema.

Vel ℞. *Rad: ſcorzon: rec.*
chichor. aa ℥iij
lupul: ℥ij
herb: majoran. M.ß
acetos. M.j
bacc: junip: rec. ʒvj
ſem: fœnic. ʒiij
cartham ʒij
hermodact ℈ij
tamarind. ℥ß

Coq. in ſ. q. *aq: comm:* ſub finem decoctionis infund.
fol: ſen. ℥ß
colat. ℔iß add.
ſyr: de cich: cum rheo ℥j
M. f. Aporema.

Animadverſiones in Apozemata purgantia.

§. I.

RHabarbarum & *folia ſennæ* male coquuntur, bene autem in liquore calido infunduntur, uſquedum melior ipſorum virtus fuerit extracta: namque ſecus educitur materia terreſtris, quæ tormina ventris excitat, ventremque poſtea adſtringit.

§. 2.

HAc de cauſa, decoctione cæterorum peracta, infundantur ſolummodo in decocto calente, & poſtea fiat colatura. Optime autem ſimilibus apozematibus adduntur *ſal tart:* & *tartarus vitriolatus*, quia non ſolum ingredientium virtus magis aperitur, verum etiam purgatio ſine notabili moleſtia peragitur & ad finem perducitur. e. gr.

℞. *cort: guaj* ℥iij
myrrhæ. ℥iß
hermodact.

turbith.

turbith gumos.
ſem: cartham.
fol: ſenn. aa ℥j
ſal: tart. ℈iv
ſummit: centaur: min. P. iij

Contund: & conſcind: ut a. e. coq. in ſ. q. *aq: comm:* ad pintam jß. In colat: diſſolv:

ſyr: diaenicu ℥iv
M. f. Apozema. Doſis eſt ad ℥ij

§. 3.

SI quis maluerit, loco apozematis, nodulum, ſumat eadem ingredientia, & ſuſpendat in ſ. q. *cereviſiæ tenuioris*, vel *ſeri lactis.* E. gr.

℞. *fol: ſenn. mund.* ℥ß
rhab: elect. ʒj
ſem: cartham. ℈ij
crem: tart. ℈iv
ſem: fœnic. ʒiß
tamarind. ʒvj
M. f. Species pro Nodulo.

Ad normam præcedentem nonnulli parant vina medicata & cereviſias purgantes. V. gr.

℞. *rhabarb.*
turbith aa ʒvj
fol: ſenn. ℥ß
aloës ℥j
comar: abſinth. M. ß
herb: majoran.
ſalviæ aa P. iij
ſem: ſiler: mont:
fœnic.
coriand. aa ʒiij
cardam: min. ʒiß

Infund: in *vin: generoſ:* ſtopis IV. Doſis eſt ad pintam dimidiam.

Vel ℞. *rhab.* ʒij
fol: ſenn. ℥j
aloës ʒvj
comar: abſint. M.ij
cort: arant. ℥iß
infund. *in vin. alb.* ſtop. iv.

De Pilulis purgantibus.

℞. *Extr: cathol.* ℈j
diagrid: gr. ij
troch: alb: gr. j
merc: dulc: gr. viij
M. f. Pil. N°. v. pro doſi
Vel ℞. *Maſs: pill. coch. min.* gr. xxv.
merc. dulc. gr. viij
M. f. pil. N°. v. Deaurentur.

Animadverſiones in pilulas purgantes.

§. 1.

UNiverſalis propemodum eſt regula, quod in morbis chronicis, ubi pilulæ veniunt præſcribendæ, addendus ſit ſemper *mercurius dulcis*, qui nonnullis dicitur *calomelanos*: diu enim in corpore manet, & vires ſuas conſtanter efficit: adde, quod ille operetur non ut alia pleraque purgantia, quæ alvum, evacuatione facta, adſtringunt, ſed laxam continuet alvum ad longum ſatis tempus.

§. 2.

QUemadmodum vomitoria, ita purgantia, proprie ſic dicta & acriora, corriguntur ſive temperantur acidiuſculis, ita ut cum ἐυφορία, & abſque torminibus ventris operatio ad finem perducatur; adeoque iis addenda ſunt *cremor* vel *cryſtalli tartari*, *tartarus vitriolatus*, vel *ſal prunellæ*, &c:

§. 3.

§. 3.

PIlularum formulis omnibus bene etiam adduntur *olea deſtillata*, v. gr. *oleum fœniculi*, *aniſi*, *carui*, *cariophyllorum*, *macis*, &c. flatus enim diſſipant, viſcidamque materiam dividunt, præterquam quod odoris & ſaporis ergo ſæpenumero addenda veniant.

§. 4.

UTiliter quoque pilulæ, ornatus & gratiæ ergo, *foliis aureis* vel *argenteis* obducuntur, aut ad minimum circumſperguntur pulvere *liquiritiæ*, *cinnamomi*, &c. ſic quoque *nebulæ* (quas Balgæ vocare ſolent *Ouweltjes*) eidem uſui ſunt accommodatæ.

De Hauſtibus purgantibus.

℞. *Aq. cichor.*
fœnic aa. ℥i
elect. diacarth. ʒiij
diagrid. gr. iij
crem. tart. ʒß
ſyr. de cich. cum rheo ʒvj
M. f. Hauſt.

Vel

℞. *Aq. fœnic* ℥ij
elect. cholag.
hydrag. Sylv. aa. ʒiß
tart. vitriol. ℈ß
ſyr. ros. ſolut.
vel diacnic. ℥ß *vel* ʒvj.
M. f. Hauſt.

Animadverſiones in hauſtus purgantes.

NOn commode hauſtibur additus *mercurius dulcis*, quia gravitate ſua fundum vaſis petit, adeoque vel non hauritur, vel fal-

ſaltem ægro difficultatem aſſumendi parit; adde, quod gingivis facile adhæreat & tumorem cum ſalivatione producere valeat.

§. 2.

INfuſione vegetabilium purgantium itidem hauſtus fieri poſſunt modo ſequenti.

℞. *fol. ſenn. mund.* ℥ß
tamarind. ʒvj
ſem. fœnic. ʒiij
herb. menth. M.ß.
paſſul. corinth. ʒvj

Infund. in ſ. q. *cerev: tenuis* vel *aq: font:* Mane fiat levis ebullitio. Fiat colatura ad ℥vj vel vij. M. f. H.

§. 3.

LOco acidi cujuſdam non male nonnunquam formulis hauſtuum purgantibus adduntur ſalia alcalia vel urinoſa, v. gr. *ol: tart: per deliq: ſpiritus ſalis ammoniaci*, &c. ſed tunc efficacius operantur.

§. 4.

SYrupus de cichoreo vicem ſupplere poteſt *ſyrupi de rheo ſimplicis* domini Sylvii, quem licet in ſcriptis ſuis non aperuerit, tamen amicis nonnullis communicavit, eſtque ſequens:

℞. *rhab: elect. & ras.* ℥ij
cinnam. acut. ʒij

Infund: per XXIV horas in ſ. q. *aquæ tartariſatæ*, colaturæ adde
ſyr. clarific. ℥xvj
M. f. Syrupus, cujus doſis in hauſtu eſt ad ℥j.

§. 5.

EX *ſcammonio* gratiſſimus extemporaneus formari poteſt hauſtus; qualem deſcripſit Franc: de la Boë Sylvius, prax. lib: j. cap.

cap. 2. §. 43. Sumatur nempe *ſcammonium* conveniente doſi ad *gr.* xij vel xv. (pro ægrorum ætate, aut ad purgationem ſuſtinendam majore aut minore aptitudine) teratur, & tantillum *aquæ* convenientis, *meliſſæ* puta, *cichorei*, *acetoſæ*, aut ſimilis affundatur, & lacteus liquor terendo elicitus lente effundatur, atque aqua nova vis reliqua ſimiliter evocetur; ſic remanebunt in fundo fæces nigricantes nullius uſus, poſtea prædicto liquori add: *aquæ cinnam*: ℥ij, *ſyrupi roſarum ſolutivi* ℥iij: ita enim hauſtulus gratiſſimus reſultat, qui, ut efficacius operetur, conjungendus eſt cum *cremoris tartari* ʒj. ex juſculo.

§. 2.

QUibus volupe fuerit ſolis uti lenientibus, ſive laxativis, accipiat *pulpæ tamarindorum unciam unam*, diſſolvat in ſ. q. *ſeri lactis*, ut f. Hauſtus, vel

℞. *Pulp: prunor. acido-dulc:*
caſs: fiſt: recens extract. aa. ℥iij
diagrid. gr. iv
juſculi vervec. q. s.
M. f. Hauſt.

Vel

℞. *Mann. calabr.*
ſyr. roſ: ſol. aa. ℥ij
diagrid: gr. iij
aq. fœnic. ℥iß
M. f. Hauſtus, qui tamen mulieribus non eſt ſatis accommodatus propter dulcedinem.

De Bolis purgantibus.

℞. *Elect. hydrag. Sylv.* ʒij
crem. tart. ℈j
troch. alb. gr. j
ol: carui gutt. iij
M. f. Bolus

Vel

Vel

℞. *Elect. diacathol.* ℥ij
diagrid. gr. iij
tartar. vitriol. gr. vj
ol. menth. gutt. iij.

M. f. Bolus, cum *ſyrupo de cichoreo cum rheo* ſumendus.

Animadverſiones in Bolos purgantes.

§. 1.

FOrmulis hiſce præferimus pilulas & hauſtus, quia boli ordinarie difficulter deglutiuntur; veruntamen locum hic habet tritum illud, quot capita tot ſenſus; ſique ab aſſumpto pharmaco nauſea oboriatur, ſiſti poteſt bene olentibus, v. gr. *mentha, ruta, pane toſto*, &c. teſte Griilingio florileg: chym: cap. 24.

§. 2.

SI mane ſumatur purgans, poſtea dormiendum non eſt: nam virtus ejus ſuffocatur; alia res eſt, quando veſperi cubitum ituris præſcribatur, ut mane fiat operatio: tunc enim doſis eſt paulo largior.

De pulveribus purgantibus.

℞. *diagrid.* gr. vj
troch. alh. gr. ij
crem. tart. ʒß
ol: carui gutt. iij
M. f. Pulvis.

Vel.

℞. *diagrid.* gr. viij
crem. tart. ℈ij
antim. diaph. ℈j
ol. carioph. gutt. ij

M. f. pulvis, cum *vino calido ſaccharato* ſumendus.

Animadverſiones in pulveres purgantes.

§. 1.

OPtime purgantibus ſudoriſera adduntur, ut conjunctis agant viribus, & hac de cauſa famigeratus adeo evaſit pulvis Cornachii, de quo ſolo conſcriptus eſt integer libellus in duodecimo.

§. 2.

IN anxietatibus præcordiorum, flatibuſque abdominis melius præſcribuntur pulveres, quam aliæ formulæ, præſertim ſi addatur *pulvis corticum arantiorum*, vel guttæ aliquot *olei veri cort: arant.*

§. 3.

PUlveres compoſitos officinales v. gr. *diaſennæ Montagnanæ*, *ſpecies diaturbith*: &c. ſponte hic præterimus, quia, niſi majori doſi præſcribantur, nihil efficiunt, atqui largior doſis ægrotantibus moleſtiam parit.

§. 4.

COmmode autem pulveres rediguntur in tabellas: ſic enim gratiores evadunt infantibus & delicatulis. v. gr.

℞. *Diagrid.* ʒiij
cryſt: tartar: ℥iß
merc. dulc: ʒß
ol: cinnam: gutt: vj
ſacch. in s. q. *aq. roſ: ſolut.* ℥viij.

M. f. ſ. a. tabellæ. Doſis eſt ad ʒß. Vel

℞. *Merc. dulc.* ʒij
corallin: præp. ʒj
C. C. Philoſ: pp ʒß
ſacchar. in s. q. *aq. graminis ſolut.* ℥ij

F. s. a. Tabellæ. Doſis in puero unius anni eſt ℈j. trium annorum ʒß. quinque annorum ℈ij, novem annorum ʒj & ℈ß. &c.

De Conditis purgantibus.

℞. *Conſerv. roſ: pall:* ℥x
electuar. de ſucc: roſ: ℥ j
jalapp: pulv: ʒiß
diagrid. ʒß
tart. vitriol. ℈j
rad: enul: camp: cond: ℥ß
ſyr: cichor: cum rheo q. s.
M. f. s. a. Conditum.

Vel

℞. *Elect. hydrag.*
cholag. Sylv. aa. ʒij
pulp. caſs. fiſt. ʒvj
jalapp: pulv: ʒiß
crem. tart. ℈ij
antim. diaph. ʒj
rad: zinzib: condit: q. s.
M. f. Conditum.

Animadverſiones in Condita purgantia.

§. 1.

NOn niſi delicatioribus, ut & iis qui ſingulis diebus alvum deponere nequeunt, *condita* talia præſcribi ſolent.

§. 2.

REcte talibus conſervis aliquando adduntur *flores ſulphuris*, præſertim ſi adfuerit morbus aliquis pectoris, tuncque & odoris & ſaporis gratia addantur ſimul *flores benzoës*.

De Clyſteribus purgantibus.

℞. *Decoct. comm: clyſter. emoll: & laxant.* ℥x

Cola-

Colaturæ adde
elect. diaphœn: ℥iſs
balſam. ſulph. anis. ʒſs
mellis mercurial: ℥j
M. f. Clyſter.

Vel
℞. *Rad*: *angel*: ℥ſs
bryon ʒvj
herb: *acetos.*
majoran. aa. M. ſs
bacc. junip. ℥j
flor. melilot: P. iij

Coq. in s. q. *aq. font.* ſuſpendendo in nodulo
colocynth. ʒſs

Colaturæ ℥viij adde
Elect: diacathol: ℥iſs
ſyr. ros: *ſolut.* ℥j
M. f. Clyſter.

Animadverſiones in Clyſteres purgantes.

§. 1.

INgredientia purgantia clyſterum, licet dupla vel tripla imo & quadrapla quantitate magis præſcribere, quam ſi per os aſſumantur: non enim niſi pauca virtus ingredientium, ope vaſorum lacteorum paucorum, ad ſanguinem pergere poteſt.

§. 2.

HUjus naturæ clyſteres maximi uſus ſunt in hydrope, aſcite, paralyſi, morbiſque ſoporoſis, verum notandum eſt, quod laxantibus & emollientibus prius alvus ſit evacuanda, quam acriores clyſteres injiciantur.

De Unguentis purgantibus.

℞. *Ung. de arthan. Meſuæ*
coloc. Avic. aa. ℥ij
fell. taur.
ol: amygd. amar. aa. ℥ß
mercur. crud ʒj
M. exacte, totuſque venter inungatur.

Vel
℞. *Ol. abſinth:* ℥j
ung. martiat. ʒvj
hier picræ Galen: ʒß
M. accurate, ut fiat
Unguentum.

Animadverſiones in Unguenta purgantia.

§. 1

NOn ſolum iſta vel ſimilia unguenta alvum laxant, verum etiam vermes necant, præſertim in infantibus, qui vel nihil per os aſſumere volunt, vel poſſunt; iſta quoque proſunt in tumore abdominis indurato, partibuſque paralyticis.

§. 2

NOta, quod talia unguenta coram foco luculento calide ſint inungenda.

CAPUT X.

De Diaphoreticis & ſudoriferis.

§. 3.

VOmitoriis & purgantibus diaphoretica & ſudoriſera eſſe contraria, præcedentibus duobus capitibus ſignificavimus: hæc enim ope-

operantur a centro ad circumferentiam, ubi illa e contra ab circumferentia ad centrum: nempe ſudorifera ſale gaudent ſubtiliore, quam purgantia, magiſque acida abſorbent.

§. 2.

UT autem diaphoreticorum & ſudoriferorum virtus operandique modus rite percipi poſſit, recurrendum eſt ad ea, quæ capite de attenuantibus dicta fuere; ſcilicet motum ſanguinis humorumque inteſtinum ſimul & progreſſivum promovent, lymphamque ad poros tubuloſque excretorios cutis propellunt.

§. 3.

HInc patet, quod, ſi attenuantia operentur dividendo & aperiendo, diaphoretica & ſudorifera operentur non ſolum dividendo & aperiendo, verum etiam eliminando, & quidem non ſolum per ſpiracula cutis, verum etiam per glandulas & vaſa lymphatica in cutis oras deſinentia.

§. 4.

NOn enim eam fovemus opinionem, quod ſudores ſola condenſatione vaporum in ſuperficie cutis ſuppeditentur: certiſſimum enim eſt, quod lympha ſub forma craſſiore quaſi guttatim erumpat, quod vel ſola confirmat experientia, quæ oſtendit, quod in exercitiis majoribus guttulæ prorumpant continuo, licet priores detergantur. Et profecto licet vapores magna quantitate exſudent per cutis anguſtos poros, attamen iſti nequaquam ſufficiunt tantæ ſudorum copiæ producendæ, quantam vulgo breviſſimo temporis ſpatio ex corpore eliminari videmus: nam, calculo Mathematico inſtituto, liquoris gutta una, in vapores reſoluta, occupat præter propter tricies millies majus ſpatium, quam antea, ubi verſabatur in forma fluida craſſiore.

§. 5.

SUdorifera vero diverſis operanrur modis: nempe nonnulla ſale ſuo volatili motum ſanguinis & humorum ita augent, ut ſerum ſive lympha magna copia ad vaſa cutis excretoria protrudatur. Talia ſunt radices *contrajervæ*, *angelicæ*, *petaſitidis*, *anthoræ*, *ariſtolochiæ omnis*, *chinæ*, *ſalſaparillæ*, *bardanæ*, cortices *guajaci*, baccæ *lauri* & *juniperi*, ſalia omnia *alcalia*, tam *volatilia* quam *fixa & urinoſa*. Nonnulla vero acido ſuo volatili ſimiliter, ac priora, vel majorem ſolito motum in ſanguinem introducunt, vel ſerum ſive lympham a ſanguine copioſius præcipitant: talia ſunt *acetum vini ſimplex* & *ſtillatitium*, *calendulatum*, *ſambucinum*, *roſatum*, *prophylacticum Sylvii*, &c. Alia porro ſanguinis acidum fixum abſorbendo, ætheremque conſtantem ipſi communicando, efficiunt, ut ſal volatile prædominetur, humidumque viſcoſum dividatur & excernatur: talia ſunt *oculi cancri*, *mandibulæ lucii piſcis*, *margaritæ*, *corallia*, *conchæ*, &c. Alia denique copioſum humidum, ſed calidum, ſuppeditando lympham ad cutim movent uberiorem: talia ſunt potus *herbæ Theæ*, *coffé*, *juſcula carnium*, &c. Taceo ea, quæ ſupra adduximus circa anodyna & ſoporifera.

§. 6.

LIquet ergo, quod diaphoreticorum & ſudoriferorum plerorumque natura & virtus coïncidat cum attenuantibus, nec, niſi gradu, ab invicem differant, ita ut, ſi iſta majore doſi hauriantur, horum vicem prorſus ſuppleant.

§. 7.

SEd quærat aliquis, an daphoretica & ſudorifera exhibeantur ſolius ſudoris evacuandi gratia, & an non corpus valde debilitent, quatenus ingentem particularum ſubtilium copiam ex corpore eliminant? Reſpondemus, quod provocatio ſudorum non adeo requiratur, quam quidem motus ſanguinis acceleratus, & obſtructionum reſeratio, quæ non facile ſine ſudoribus peragi poteſt: optandum enim

enim foret, ut abſque ſudoribus copioſioribus, iſtum habere poſſemus effectum, ſed indicant ſudores ab talibus medicamentis orti, quod virtus penetraverit ad extremitates corporis, quanquam non diffiteamnr alio modo, & quidem multiplici, ſudores exoriri poſſe.

§. 8.

NOn itaque deſperare debet ægrotans, vel Medicus, quando, exhibito ſudorifero (quanquam potentiori) vel nullos, vel paucos animadvertit ab propinato ſudorifero ſudores: conſtanter enim ſanguinis motum accelerant, & obſtructiones tollunt.

§. 9.

CAtalogus ſudoriferorum principalium (reliqua enim enumerata ſunt capite de attenuantibus) eſto ſequens:

Vegetabilia: *Ligna*: guajacum, ſaſſafras, juniperinum, colubrinum, aloës.

Cortices: Aurantiorum, citri, pomorum chinenſium, guajaci, winterani.

Radices: Acori veri, pœoniæ maris, gentianæ, angelicæ, contrajervæ, petaſitidis, valerianæ, ariſtolochiæ omnis, zedoariæ, enulæ campanæ, tormentillæ, leviſtici, biſtort.

Herbæ: Cardui benedicti, ſcordii, marrubii, majoranæ, ſcolopendrii veri, ceterach, abrotani maris, rubiæ tinctorum, matricariæ, hyſſopi, cuſcutæ, ruthæ, phellandrii, pulegii, leviſtici, apii, ſcylla.

Flores: Centaurii minoris, hyſſopi, lavendulæ, croci, macis, chamomillorum, calendulæ, ſambuci, &c.

Semina: Apii, leviſtici, aquilegiæ, lentium, cardui Mariæ, naſturtii, cardamomum majus & minus, cariophylli aromatici, &c.

Baccæ: juniperi, lauri, ſambuci.

Succi condenſati: Myrrha, caphura, opium, galbanum, gummi guajaci, juniperi, abietis.

Salia: Abſinthii, cardui benedicti, geniſtæ & omnia ex herbis per incinerationem facta, ſal volatile cornu cervi, ſuccini, fuliginis, &c.

Anim-

Animalia: Buſones exſiccati & pulveriſati, caſtoreum, mumia vera, moſchus, zibethum, lapis bezoar orientalis & occidentalis, pedra del porco, cornu cervi philoſopice præparatum, ſperma ceti, &c.

Mineralia & Metallica: Antimonium crudum, cinnabaris nativa & antimonii, ſulphur crudum ejuſque flores, antimonium diaphoreticum album & purpureum, tinctura antimonii, martis volatilis.

Marina: Blatta byzantina, conchæ, ambra gryſea, ſuccinum.

Compoſita officinalia: Aqua menthæ, theriacalis ſimplex & compoſita, prophylactica Sylvii, majoranæ, meliſſæ, cardui benedicti, corticum arantiorum, chamomillorum, cochleariæ, vitæ Mathioli, antapoplectica, antepileptica, antinephritica, &c.

Aceta: Calendulæ, lavendulæ, roſarum, ſambuci, ſcillæ.

Spiritus: Carminativus Sylvii, ceraſorum nigrorum, cinnamomi, cariophyllorum.

Trochiſci: Viperini, de myrrha, de terra ſigillata, ſcyllitici, capparum, hedychroi, cypheos.

Animadverſiones generales in diaphoretica & ſudorifera.

§. 1.

QUando corpora ſunt emaciata & ſicciora, ſemper conjungi debent ſudorifera cum humectantibus, nec niſi parca manu propinanda ſunt in ſenibus; alia res eſt in infantibus & corporibus humidis, quibus, præmiſſis tamen univerſalibus, tuto præſcribuntur ſudorifera, & ſæpius & largiore doſi.

§. 2.

PRæferimus ubique temperata præ iis, quæ valde volatilia ſunt & ſpirituoſa: namque hæc nimis cito ex corpore abeunt, ſecumque abripiunt partes ſanguinis ſubtiliores, ita ut corpus poſtea relinquatur multo debilius.

§. 3.

§. 3.

FOrtiora ſudorifera ſtatim, ſive in principio morborum chronicorum nunquam propinentur, quia materia peccans eſt nimis craſſa, quam ut evacuari poſſit, imo potius inſinuatur magis canalibus anguſtioribus, pluresque producit obſtructiones. In acutis vero, & præſertim quando natura ad criſin per ſudores vergit, ilico egregium præſcribatur ſudoriferum, & ſuperbibatur vel *decoctum ſcorzoneræ*, vel *ſerum lactis ſalviatum*, quod Angli vocare ſolent *ſeeds poſſet*.

§. 4.

IN morbis malignis, ſudoriferis cum fructu adduntur vel miſcentur acidiuſcula, utpote quæ ſalem acrem corrigunt, ſitim extinguunt, & cor refocillant.

§. 5.

PRo hydropicis & paralyticis dupla ad minimum ſudoriferorum doſis requiritur, quia obſtructiones adſunt pertinaciſſimæ, nec facile ſuperabiles, ſemper autem iis adjungenda ſunt ſpecifica.

§. 6.

ANnte ſudoriferorum uſum præſtat vomitoria & purgantia præmittere, ne vires eorum ſuffocentur craſſioris materiæ vinculis. Stragula autem ſuperimponenda non debent eſſe multa & ponderoſa, præſertim in morbis acutis & variolis, quod recte notatum fuit ab Sydenhamio.

De Decoctis Sudoriferis.

℞. *Rad ſalſapar.* ℥vj
chin: ℥j
antim: crud: in petia ligati ℥vj

 putam.

putam: nuc: jugl: cum julis No. XL.
ſal. tart. ℥ß
liquirit. ʒx

Coq. in s. q. *aq: comm:* ad ℔x.
Colatura detur uſui ad ℥iv.

Vel

℞. *raſur. lign: guaj:* ℥viij
rad. ſalſapar. ℥iv
petaſitid. ℥iij
bardan: ℥iv.
cinnabar: in petia ligat: ℥j
ſal: tart: ʒvj.

Coq. in s. q. *aq: font.* ad ℔iiiij
M. f. Decoctum.

Animadverſiones in Decocta ſudorifera.

§. 1.

DUo hæc decocta fuerunt diu nonnullis valde ſecreta in curatione luis venereæ, ſcorbuti, ſcabiei inveteratæ aliisque morbis chronicis; & revera magnæ ſunt efficaciæ.

§. 2.

PRæſtat ingredientia coquere in vaſe duplici, vel M.B. præſertim ſi addatur *ſaſſafras* vel ſubtilius aliud ſudoriferum. Formula decocti ſequentis egregia eſt:

℞. *Raſur: lig: guaj:* ℥v
junip: ℥iij
cort: tamariſc:
guajac: aa. ℥ij
rad: ſalſap: ℥iij
apii ʒx
ſal: tart: ʒj
antim: crud: ʒvj.

Con-

Conſciſſa & contuſa macerentur in loco calido per noctem in s.q. *aq. comm*: deinde coq. in vaſe bene clauſo in M. B. per horas duas, poſtea add:

lign: *ſaſſafr*: ℥iß
cort: *citr*: *exter*: ʒiij
rad. liq: *ras*: ʒvj.

Infund: per horam, poſtea
Colatura librarum iij, detur uſui.

§. 3.

EX decoctorum ſimilium reſidua portione parentur *bocheta* pro potu ordinario: venereis enim morbis, ut & Paralyſi conducit victus tenuis, nocentque pinguiora quævis, quemadmodnm etiam lacticinia. Nota, quod talibus in caſibus, decocto exhibito, ponendi ſint ægri in Balneo, ut conjunctim agant interne & externe.

De Mixturis Sudoriferis.

℞. *Aq*: *card*: *ben*: ℥ij
cort. arant: ℥iij
ther. ſimpl: ℥j
antim: *diaph*: ʒj
tinct: *croc*: ʒiß
ol: *cinnam*: gutt: iij
ſyr: *de card*: *ben*: ʒvj
M.

Vel

℞. *Aq*: *meliſs*:
card: *ben*: aa. ℥iß
proph. Sylv.
theriac: *ſimpl*: aa. ʒvj.
tinct: *croc*: ʒij
tart: ʒj
ſyr: *limon*: ℥j
M.

Animadverſiones in Mixturas ſudoriferas.

§. 1.

USus talium mixturarum maximi eſt momenti in Praxi Medica, ſiquidem facile accommodari poſſunt intentioni Medici & ſaluti ægrotantis; taceo quod ſit gratum medicamenti genus.

§. 2.

LOco *tincturæ croci*, ſubſtitui poteſt *elixyr proprietatis Paracelſi*, ſed minori copia, propter *aloën*, niſi fuerit in morbo chronico: tunc enim non nocebit.

De Hauſtibus ſudoriferis.

℞. *Aq: theriac: ſimpl.* ℥vj
cinnam: ℥ß
hyſſop: ℥iß
antim: diaph: ℈j
tinct: croc: ʒj
ſyr: de limon. ℥ß
M. f. H. Vel

℞. *Aq: meliſs:*
card: ben:
ros: aa. ℥ß
proph: Sylv:
ther: ſimp: aa. ʒvj
tinct: croc: ℈iv
antim: diaph: ℈j
ſyr: pap: rhœad: ʒvj.
M.

Anim-

Animadverſiones in Hauſtus ſudoriferos.

§. 1.

PRæmiſſis univerſalibus, tales hauſtus maximo cum ſucceſſu ante paroxysmum febris alicujus intermittentis præſcribuntur; etiam notandum eſt, quod coincidant cum antipeſtilentialibus, ſive antiloimicis & alexipharmacis.

§. 2.

SAlem *prunellæ*, *tartarum*que *vitriolatum* in una eademque mixtura vel hauſtu præſcribere non convenit, quia odor & ſapor exinde reſultat urinoſus.

§. 3.

ALiquando in caſu acido, loco *acetorum* ſupra præſcriptorum, præſtat *ſal* aliquod *alcalicum*, ſed exigia quantitate, præſcribere, talia ſunt *oleum tartari per deliquium*, *liquor nitri fixi*, *&c.* tuncque addatur *tinctura opii* ad cochleare unum.

De Pulveribus ſudoriferis.

℞. *Rad: contraj.*
cort. Winter: aa. gr. xv.
reg: ant: med: ℈j
ſal. card: ben. gr. xv
prun. ℈ſs
M. f. Pulvis.

Vel

℞. *Pulv: chin: chin*: ℈ij
antim. diaph. gr. xv
ſal: abſinth. ℈j
ol. curioph. gutt. iij
M. f. Pulvis pro doſi.

Animadverſiones in Pulveres ſudoriferos.

§. 1.

ANtimonium diaphoreticum purpureum, ſive *regulus antimonii medicinalis*, ſervandus eſt in vitro aqua repleto, ne ab aëre abſorbeat novum acidum, quod eſt vomitivum.

§. 2.

SAlia volatilia alcalia, reſpectu corporis, non vero ignis, ita dicta, nec non eſſentialia, ex ſuccis herbarum coctis & deſpumatis, in vaſe ligneo, præſertim querno, collecta, ad ſudores movendum obſtructionesque reſerandum magis ſunt appropriata, quam ſalia ſubtiliora & urinoſa: hæc enim nimis ſubito & vehementer materiam peccantem propellunt, quæ, cum non ſit ſatis diviſa, inſinuatur (uti ſupra pluries dictum) canalibus anguſtioribus. Cui tamen volupe fuerit volatilioribus uti, ſumat ſequentem formulam præ cæteris:

℞. *Sal. vol. C. C. depurat.* ℈ij
ol. cancr: ℈j.
laud: op: gr. j
croc. gr. v.
ol. cinnam. gutt. ij
M. f. Pulvis.

§. 3.

SÆpius quidem *cortex chinæ chinæ* ſudores ſatis efficaciter producit, ſed maxime apud pharmacopolas adulteratur, hoc eſt, verus cortex non exhibetur; quapropter monemus, tuto hic procedendum eſſe, ne malo uſu oboriatur pejus aliquod malum, quale hydrops, paralyſis, &c. credimus enim non falſe nos loqui, ſi dicamus, *corticem chinæ chinæ* utplurimum plus nocere, quam prodeſſe, quod multis teſtimoniis certum facere poſſemus, ſi res id exigeret.

§. 4.

§. 4.

QUi bolum magis appetunt, addant ſolummodo portionem quandam *diaſcord.* vel *theriacæ*, *orvietani*, *&c.* cum autem de *orvietano* loquimur, ecce ejus deſcriptionem,

℞. *Rad. gentian.*
biſtort.
Rad. carlin.
torment.
dictamn. alb.
ariſtol. rot.
long.
anthor.
card. ben. in umbra ſiccat.
calam. arom.
ſem. echii
aquileg.
citr. aa. p. aq.

Hiſce ſubtiliſſime pulveriſatis adde
rad. ſcorzon. hiſp: pulv: ad pondus omnium.

Hujus pulveris accipe partem unam, *mellis deſpumati* partes tres; miſce accurate, ut fiat

Electuarium, vulgo dictum *Orvietanum*, ſed adde
theriacæ androm. ℔j

Serva in vaſe terreo ad uſum.

Pro pauperibus ſequens bolus eſt efficaciſſimus,

℞. *flor. ſulph.* ʒß
ſal. abſinth. gr. xvj
diaſc. Frac. ʒj
rad. contraj. ℈ß
M. f. Bolus.

§. 5.

PRo delicatioribus vero condita ſudorifera deſiderantibus,

℞. *Conſerv. flor. calend.* ℥j
diaſcord. Sylv.
ſal. card. ben. ʒiß
C. C. pp. ʒij
ſyr. card. ben. q. s.

M. f. Conditum. Doſis eſt ad magnitudinem nucis moſchatæ bis indies.

Vel
℞. *Ther. vet.* ℥ß
rob. ſambuc. ʒx
bacc. junip. ʒvj
rad. contraj. ℈j
flor. ſulph. ʒß
ſal. abſinth.
prunell. aa. ℈ß
ſyr. de card. ben. q. s.

M. f. Conditum, quod non ſolum prædictis in morbis, verum etiam in hydrope & paralyſi, mirifice conducit, imprimis ſi ſpecifica addantur purgantia, quale *electuarium cariocoſtinum Horatii Augenii*, cujus deſcriptionem videre licet apud varios materiæ Medicæ ſcriptores, inter alios Marggravium in Materia Medica contracta. Ad hanc claſſem quoque pertinet *balſamum polychreſtum*, capite de attenuantibus præſcriptum, nec non *eſſentia bezoardica Michaëlis*, in Germania famoſiſſima, quemadmodum etiam ſequens ſpiritus.

℞. *Rad. angel. ver.* ℥iß
petaſit.
valerian.
zedoar: aa. ℥ß
Fol. ſcord.
rut:

majo-

majoran: nob.
ſalv: aa. M. ß
flor. calend: M. j.
bacc. junip: rec: ℥ij
laur. ℥ß
cort. arant:
citri aa. ℥vj.
mac: ʒvj
croc: opt:
camph: aa. ʒiij

Conſciſſis & contuſis affunde

Spirit: vin: ſuper lignum ſaſſafr: deſtill: ℔viij

Digerantur per octiduum leni calore, poſtea f. s. a. deſtillatio denique add:

opii thebaïci ʒij

Doſis eſt à guttis XL ad LX. In conveniente vehiculo. Vel

℞. *Cort: guajac.* ℥vij
arant: ℥v
bacc: junip. rec. ℔j
ſem. dauc. vulg. ℥vj
ſacch: ℔ vj
aq: comm. ℔ L.
fæc. cerevis: q. s.

Fermententur ſimul per XII dies poſtea adde

Semina quatuor calida majora aa. ℥j,

Fermentatione peracta adde

herb. cochlear. M. xij
becabung. M. iij
naſturt. aquat
indic. aa. M. iv
lign: ſaſſafr. ℥iij

Deſtillentur, ut a. e. & rectificentur. Doſis eſt à ʒj ad ʒij in *vino* vel alio conveniente vehiculo: eſtque hic ſpiritus convenientiſſimus in affectibus frigidis v. gr. paralyſi, ſcorbuto, colica pituitoſa s. flatulenta, dyſpepſia, hydrope, &c.

Caput XI.

De Diureticis, urinamve cientibus.

§. 1.

QUemadmodum purgantia vix niſi gradu differre diximus a vomitoriis, ita idem conſendum hic eſt de diureticis, reſpectu ſudoriferorum, non tamen diffitemur, quædam ſpecifica diuretica dari, quorum particulæ neceſſario magis conveniunt cum diametris tubulorum canaliumque renalium, quam cutis aliuſve partis.

§. 2.

DIuretica operantur, uti ſudorifera, diverſis modis: quædam, ratione ſalis volatilis alcalici & urinoſi, quædam ratione ſalis volatilis acidiuſculi, alia ratione ſalis hermaphroditici, alia denique copioſum humidum ſanguini communicando copioſam provocant urinam.

§. 3.

CAtalogus diureticorum præcipuorum eſto ſequens:

Vegetabilia: *Ligna*: juniperinum, nephriticum, ſaſſaphras, fraxini, tamariſci, rhodium.

Cortices: mediani ſambuci, geniſtæ, lauri.

Radices: apii, aſari, aſparagi armoraciæ, calami aromatici, eryngii, graminis, fœniculi, ononidis, petroſelini, ruſci, ſaxifragiæ, valerianæ.

Herbæ: apii, capillorum veneris, calamintha montana, naſturtia omnia, petroſelinum, pulegium, ſatureia, ſerpillum, ſabina, ſaxifragia, virga aurea, ruta.

Flores: anethi, chamomillorum, caprifolii, ribeſiorum nigrorum, geniſtæ, ſambuci, violarum & imprimis flavedo in violæ purpureæ floribus reperta.

Semi-

Semina: apii, cardamomi, cherefolii, anethi, petroſelini, cubebæ, cicera rubra, leviſtici, alkekengi, noſturtii, raphani, nuclei perſicorum & citri.

Baccæ: lauri, juniperi, ſambuci.

Fructus: amygdalæ amaræ, fructus mori, rubi idæi, fragariæ, ribeſiorum nigrorum.

Succi condenſati: therebintina, maſtiche, myrrha, lacca, gummi juniperinum, ceraſorum, ſuccinum.

Animalia: aſelli ſive millepedes, ſcorpiones, bufones, canthariдes, vermes majales ſive ſcarabæi unctuoſi, locuſtæ ſive cicadæ, ſanguis hirci, urina hirci, oculi cancrorum, lapides percarum, carpionum, aliorumque piſcium, lumbrici terreſtres, moſchus, zibethum;

Mineralia: Lapis judaicus, nephriticus, marga ſive medulla liquidior lapidis Bentheimenſis, ſalia varia aquarum mineralium v. gr. Spadanarum, Swalbacenſium, Borboniarum, Aquisgranenſium, Batonienſium &c.

Marina: Ambra griſea, blatta byzantina, corallia alba, mater perlarum, ſuccinum, conchæ.

Compoſita officinalia. Aqua antinephritica, petroſel:, ceraſorum nigrorum, florum & ſeminum perſicorum, vitæ Mathioli.

Aceta: calendulatum, lavendulatum, roremarino nobilitatum, ſcylliticum.

Tincturæ: martis aperiens, metallorum, vermium majalium, ſuccini, ſalis tartari, cantharidum, bezoardica.

Spiritus: ſalis ammoniaci, juniperi, ceraſorum nigrorum, liliorum convallium, cornu cervi rectificatus, carminativus Sylvii, nitri dulcis, ſulphuris per campanam dulcis; ſal volatile oleoſum & aromaticum.

Olea deſtillata: bacc: juniperi, carui, fœniculi, terebinthinæ, ſabinæ, ſuccini,

Salia volatilia: cranii humani, ſanguinis humani, urinæ, fuliginis, ſuccini, & pleraque alia.

Salia alcalia fixa: Alcaheſt Glauberi, ſal abſinthii, geniſtæ, cinerum ſarmentorum, cinerum clavellatorum, cardui benedicti, ſtipitum fabarum, borax veneta.

Pulveres: Trochiſocum alkekengi, nephriticus Amſtelodamenſis, cremoris & cryſtallorum tartari, tartari vitriolati.

Syrupi: capillorum veneris, diacnicu, quinque radicum aperientium.

Rob: juniperi, ebuli, ſambuci.

Balſama: copaivæ, peruvianum, ſulphuris terebinthinatum & ſuccinatum, opobalſamum, carpobalſamum.

Animadverſiones generales in diuretica.

§. 1.

NOn minori cautela opus eſt circa uſum diureticorum, quàm ſudoriferorum: nam materia peccans craſſa viſcoſa, vel terreſtris & calculoſa tubulis renalibus profundius inſinuari poſſet, & firmiter inhærere, ita ut oboriatur dyſuria & iſchuria cum maximis cruciatibus ventris, dolorem colicum mentientibus; vel ſubſequi poteſt mictus cruentus: nunquam ergo potentiora diuretica propinanda ſunt in principio nephritidis, ſed prius materia eſt præparanda ad exitum, viæque laxandæ et emolliendæ.

§. 2.

IN omni hydrope, excepto vero tympanitide, diuretica, ſine notabili copia humidi exhibeantur: alioquin enim aquæ in abdomine copioſius colliguntur.

§. 3.

GRavidis diuretica fortiora (niſi neceſſitas valde urgeat) nunquam exhibeantur, ne ſequatur abortus: nam diuretica & emmenagoga, partumque promoventia levi tantum gradu ab invicem diſtant.

§. 4.

§. 4.

ALvus in nephritide ſemper ante uſum diuretiorum potentiotum, clyſtere aliquo emolliente & laxante eſt evacuanda, ne fœces copioſæ induratæ renes nimis premant.

§. 5.

EXterne etiam regioni renum, hypogaſtrii & perinæi imponenda ſunt cataplaſmata emollientia vel fomentationes: ſic enim ſperatum habebis effectum.

§. 6.

IN plethoricis, præſente dyſuria vel iſchuria, diuretica non conducunt, ſed venæ-ſectio eſt inſtituenda, ut vaſorum latera modice collabantur, ſanguiſque æqualius moveri poſſit.

§. 7.

NOcet etiam urinæ copioſæ provocatio in renum & veſicæ exulceratione, quia præcipitant ex ſanguine copioſas particulas acres, quibus et ipſa abundat, verſus partes affectas, unde exacerbantur ſymptomata.

De Decoctis diureticis.

℞. *Cicer. rubr.* ℥iij
hord: mund: ℥ij
ſem: alth:
malv: aa. ʒiij
4 frig. maj. rec: aa. ʒß
ficuum ping: No. x
ſebeſten No. viij
liquir: ras: ʒiij

Coq: in s. q. *aq. comm*: ad ℔iſs. Colatura detur pro Apozemate. Vel

℞. *hord*: *mund*: *ad crepaturam coct.*
cicer. rubr: aa. ℥ij
ſem: *alth*:
malv: aa. ℥ſs
bombac: ʒij
ficuum ping: No. x
ſebeſt. par: iij
liquirit: *ras*: ʒij

Coq: in s. q. *aq*: *comm*: ad mediæ partis comſuptionem. Colat: add: *ſyr. de alth*: *Fern*: q. s. ad gratam dulcedinem. M. f. Decoctum.

Animadverſiones in Decocta diuretica.

§. 1

CAlculoſæ nephritidi apprime conveniunt præcedentia duo decocta, quorum primum tribuitur inventioni Foreſti.

§. 2.

QUando tempeſtivum fuerit vehementius pellere, tunc addantur *baccæ juniperi recentes* ad ℥j *ſemen apii & leviſtici* aa. ʒij *lign*: *juniper*: & *ſaſſaf*: ad ℥ſs.

§. 3.

DEcocta contra nephritidem tanto magis valent, quia magnam humidi copiam ſuppeditant, qua viæ urinariæ laxantur & leniuntur.

§. 4.

§. 4.

HOram unam poſt hauſtum decocti ſuperbibatur in conveniente vehiculo *oleum juniperi*, vel *ſabinæ* ad gutt: x vel xij. aut ſumantur *aquæ Quercetani ad Gonorrhæam* cochlearia duo.

De Mixturis diureticis.

℞. *Aq: petroſel:*
matricar. aa. ℥ij
antinephr. Amſt: ʒvj
ocul: cancr: pp. ℈ij.
tinct: verm: maj: gutt: xv
ſal: tart: ℈ß
ſyr. v rad: aper. ʒvj
M. Vel

℞. *Aq: fœnic:*
petros. aa. ℥iiß
ſpir. carmin: Sylv: ʒvj
tinct: ſal: tart: gutt: xxx
ſyr. de alth: fern: ʒvj
M.

Animadverſiones in Mixturas diureticas.

§. 1.

PRæſtantiſſima dicitur *matricaria* in nephritide, ut ut uterina ſit ſimul; ergo etiam ex recenti *matricaria* exprimi poteſt ſuccus, hauriendus cum vino rhenano generoſo dulcificato.

§. 2.

TInctura vermium majalium caute propinetur, ne mictum producat cruentum & vehementem ſtranguriam. Præparatio ejus eſt ſequens:

℞.

℞. *Vermium majalium*, *ſive ſcarabæor: unctuos*: q: pl.

Irrorentur *oleo tartari per deliq*: facti, digerantur per XXIV horas, poſtea affunde *ſpiritum vini* bonæ notæ, ad eminentiam trium transverſorum digitorum; tunc tinctura rubicunda ſeparetur & per chartam emporeticam filtretur; doſis eſt ad *gutt*: xxx in vehiculo conveniente.

§. 3.

Dimidiata mixturæ portio (prout dictum fuit ſupra) hauſtum exhibebit convenientem, v. gr.

℞. *Aq*: *petroſel*:
matricar: aa. ℥j
quercet: *ad gonorrhæam* ʒx
ocul: *cancr*: *pp*. ℈j
ol: *ſuccin*: *rectif*: gutt. x
ſpir. *nitr*: *dulc*: gutt: vj
ſyr: *de alth*: *Fern*: ʒvj.
M. f. Hauſt.

§. 3.

Optimo cum ſucceſſu mixturis & hauſtibus diureticis additur *aqua* vel *eſſentia nephritica Zwelferi*, cujus deſcriptionem propter virtutes egregias annectere placet.

℞. *Rad*: *apii*
petros: aa. ℥ij
cepar: *rec*: ℥iij
herb: *rut*: *murar*. *rec*: ℥j
fruct: *alkekeng*: ℥ij
bacc: *junip*: ℥iij
ſem: *apii*
naſturt: aa. ℥iß
nucl: *perſic*:
ceraſor. aa. ℥ij

ſem:

lign: nephrit: ℥iſs
cinnam:
macis aa. ʒvj
terebinth: ven: ℥ij

Inciſis & contuſis, atque cucurbitæ vitreæ immiſſis, affunde
Vin: alb: opt: ℔iv
ſucci betulæ ſponte effluxi ℔ij.

Digeſtione præmiſſa, f. deſtillatio fere ad ſiccitatem ſpecierum; aqua ſpirituoſa ſeorſim ſervetur; poſtea ex ſpeciebus in cucurbita relictis fiat, beneficio *ſpiritus vini* frequenter affuſi, extractum, non nimis ſpiſſum; quod, ſi libuerit, priori aquæ junge, ſin minus, quod præſtat, ſeorſim extractum ſervetur, &, poſtulante neceſſitate, cum aqua deſtillata propinetur. Nonnulli ſequens medicamentum habent pro arcano, in nephritide.

℞. *rhabarb. elect* ʒvj
bacc: junip: rec. ʒx
cort: caſs: fiſt: ℥j
ſem: anis:
fœnic: aa. ʒij.
macis ℈iv
liquir: ras: ℥iſs
lapid: judaic: ℥j
zinzib:
galang: aa. ʒij
agaric: ʒiij
mithridat: ʒvj.

M. f. Species, quibus affundantur *vini rhenan:* pint: ij *ſpirit: vini opt:* pint: j. Digerantur per iij ſeptimanas ad radios ſolares. Doſis eſt ad cochlearia duo.

De Pilulis diureticis.

℞. *Ocul: cancr: pp.*
tereb: ven: coct.
gumm: ceras: aa. ℈ij
laud: op. gr. xv.

extract: cathol: ℈ij
ſucc: liquir. ʒj
bals: peruv: &
ſp. vin: aa. q. s.

M. f. pill. No. 36. Doſis No. v. vel vij.

℞. *mucil: ſem. cydon:*
rad. alth.
tereb. ven. coct ʒiſs
gumm: ceras. ℈ij
ocul: cancr. ʒj
laud. op. gr. xv.
bals. peruv gutt: xvj.
M. f. Pil. Dos. No. iij

Animadverſiones in pilulas diureticas.

§. 1.

IStæ binæ pilularum ſormulæ tribuuntur inventioni D: Lucæ Schagt, Profeſſoris in Academia Leidenſi celeberrimi, qui felici cum ſucceſſu eas exhibere ſolebat in doloribus nephriticis & dyſuria,

§. 2.

QUatenus autem ſupra diximus, quod *opiata* diureſin impediant ſæpenumero, idcirco caute cenſemus mercandum eſſe cum *laudano opiato*, ejuſque loco, præſtat emulſionem diureticam ſimul & anodynam exhibere, ſeq. in modum.

℞. *Hord. ad crepat coct.* ℥j
ſem. 4 frig. maj. aa. ʒiſs
viol. purp. ʒiij
cydon ʒij
lin. ℥ſs
pap: alb: ʒiij

Contunt: in mortar: lapideo, cum ſ. q. *aq: hord: & aq: petroſ:* Colaturæ ℥xvj add:

aq.

aq. cinnam. ℥ij
ſyr. 5 *rad.* q. s. ad gratam dulced:
M. f. Emulſio.

§. 3.

AD normam prædictarum plularum, efformatum quoque eſt *laudanum urinarium* D^ni *Michaëlis*, cujus deſcriptio circumfertur ſequens:

℞. *Succ. liquir: in aqua alkekengi ſoluti* ℥iß
camphor. ʒj
croc: opt. ℈iv
fruct alkek.
tereb. ven. aqua petroſelini lotæ aa. ℥ß
gumm. tragac.
maſtich. aa. ʒiß
laud. op. ʒij
M. f. Pil. Doſis eſt ad ℈j vel ʒß

Nonnulli etiam valde extollunt ſequens *balſamum antinephriticum*:

℞. *ol. amygd. dulc. rec. expreſs.*
lini rec. aa. ℥ij
nuciſt. expr: ℥ß
petræ ʒß
bals. copaiv ʒvj
peruv. ʒij
ol. junip. ℈iv
anis ʒj
vitriol. rectif. ℥j
camph. ℈ij.

Miſce, agitentur ſimul, donec inſigniter incaleſcant, nigrumque acquirant colorem: ceſſante calore digerantur in M. B. donec fuerint unita, deinde guttatim tepenti *oleo* infunde *acidum vitrioli*, donec omnia probe miſceantur. Doſis eſt a guttis x ad ʒj. In renum doloribus, flatibuſque anodynum eſt, item pectoris vitiis ſuccurrit.

§. 4.

§. 4.

ALia inter diuretica nobiliora recenſeri quoque meretur *ſal hermaphroditicum* ſequens, ex quo paratur *balſamum Samech Paracelſi.*

℞. *Sal. tart.*
tart. crud. rhen. aa. P. æq.

Solvantur ſeorſim coquendo cum *aqua pluviali*; binas has ſolutiones conjunge: ita enim *alcali* & *acidum tartari* in ſe mutuo agentia, deſinente ebullitione, abeunt in ſalem mediæ naturæ, potentem diureticum, quod ſequenti modo, redigitur in *balſamum Samech.*

℞. *Salis prioris* q. pl. Affunde *ſpir: vin: rectif:* ad eminent: III. digitor: tranavers: ſtent in digeſtione calida, donec *Spiritus vini* rubicundam prorſus extraxerit tincturam, quam decanta, & ſeorſim ſerva; *ſali* vero, in fundo relicto, denuo eandem quantitatem *ſpiritus vini rectificati* affunde, & procede, ut antea; tincturas collectas commiſce & in cucurbira vitrea, mediante MB. auferatur *ſpiritus vini* ad remanentiam *balſami liquidioris*, præparatumque erit medicamentum maximæ virtutis in nephritide. Doſis eſt a *gutt:* x ad xx in conveniente vehiculo.

§. 5.

SEquens pulvis dicitur etiam Marthino Luthero dictam ob rationem, multo fuiſſe in uſu:

℞. *Cinnam.*
herb: ſaxifrag.
milii ſolis
capill. vener. aa. M. ß
ſem. ſaxifrag.
aſparag.
melon. aa. ℥j
lapid: lync.
judaïc. aa. ℈j. M. f.

M. f. Pulvis, cujus doſis eſt ad ℥j in conveniente vehiculo.

§. 3.

EXterne commendant, nec ſine ratione, mulierculæ, fotum lumborum ex linteis nondum elixiviatis, vel ſoli expoſitis, in cereviſia coctis: huc quoque ſpectat *oleum terebinthinæ* & *ſcorpionum* hypogaſtrio ſive pectini, nec non perinæo inungendum.

CAPUT XII.

De Detergentibus, attrahentibus, cathæreticis, cauſticis & veſicantibus.

§. 1.

INter medicamenta, quæ ulceribus tam internis quam externis dicata ſunt, numerantur vulgo detergentia ſive abſtergentia, quæ aliquando etiam veniunt nomine mundificantium, quatenus lentos, glutinoſos, acidoſque humores, parti alicui adhærentes vel impactos, contactu ſuo abripiunt, & tranſeundo ſecum auferunt, non ſecus ac ſcopæ vel ſimilia inſtrumenta, quæ in Mechanica vel œconomia ad res mundificandas uſurpari ſolent.

§. 2.

OMnia ergo hujus naturæ medicamenta conſtant ex particulis conſtantioribus ſalino-acribus, quibus non ſolum pori partium aperiuntur, verum & materia peccans dividitur, & corrigitur, vel aufertur: quapropter etiam detergentia commode referri poſſent ad claſſem attenuantium, niſi quod inter ea reperiantur nonnulla valde acria & corroſiva, ſoli uſui externo dicata.

§. 3.

AD claſſem detergentium pertinent attrahentia, cathæretica ſive cauſtica, eſcarotica, depilatoria ſive pſilotra, pyrotica ſive rubefacientia, & veſicantia, quorum particulæ, calore corporis in actum deductæ, magna cum vi impingunt ad latera pororum & fibrillarum, ſed quoniam omnes penetrare non poſſunt, idcirco fibrillas cutis ſolvunt, veſiculaſque tanquam ab igne factas elevant, dum interea nonnullæ, penetrando ad humores ſtagnantes, rarefactiorem introducunt, adeoque attrahunt: nam humor rarefactus viam quærit & exitum per loca minus reſiſtentia, præprimis cum ibi ſit dolor.

§. 4.

EX iſtis porro facile percipitur, cur pilos elabi faciant ſimilia medicamenta: glandulis enim ſubcutaneis eroſis, nulla ſunt pilorum ſuſtentacula, nullæ radices, & quoniam particulæ acres & rigidæ non accurate reſpondent poris tubuliſque cutis conſtantioribus, hinc ibidem ſiſtuntur; aſt, quia ætherem advehunt copioſum velociſſimeque motum, idcirco globuli cœleſtes in ſuperficie expulſi & velociſſime circa proprios axes rotantes repræſentant ruborem, cutis inflammationis indicem.

§. 5.

SI quis quærat, quidni attrahentia & cauſtica in partibus paralyticis & gangrænoſis, vel in cadavere, prœdictos ſortiantur effectus, nullas enim veſiculas, nullum ardorem dolorificum progignunt? Reſpondemus: Quia deficit in talibus corporibus calor, ſive motus humorum, atque expanſio fibrillarum: nam cauſticorum particulæ non poſſunt in actum deduci. Sic etiam carnes mortuæ difficilius ſcinduntur, quam vivæ.

§. 2.

CAtalogus præcipuorum eſt ſequens, ſed in eo promiſcue junximus mitiora acrioribus:

Radi-

Radices: apii, ariſtolochiæ, gentianæ, valerianæ, imperatoriæ, petaſitidis, iridis, bryoniæ, aronis, cyclaminis, cucumeris aſinini, thapſiæ, pyretri.

Herbæ: Serpentariæ virgineæ, rutæ, marrubii, ſabinæ, abrotani, ſcordii, phellandrii, eſulæ, chelidonii majoris

Semina: naſturtii, ſtaphidis agriæ, urticæ, cataputia.

Baccæ: lauri, juniperi, ebuli.

Succi condenſati: Myrrha, ſtorax, ſegapenum, caranna, tacamahaca, aloë, colophonia, reſina, pix navalis, ſaccharum, mel, euphorbium.

Animalia: Propolis, cantharides, ſcorpiones, millepedes, ſtercora pleraque ſive fimi animalium, v. gr. anſerum, muris, pavonis, colambarum, vaccæ, &c. bufones ſiccati & pulveriſati, caſtoreum.

Mineralia & metallica: Antimonium calcinatum & lotum, æs uſtum, plumbum uſtum, cadmia, pompholyx, fel vitri, tutia, vitriolum album, romanum uſtum, mercurius præcipitatus albus, ruber, gryſeus, arſenicum ſublimatum corroſivum, butyrum antimonii ſimplex & rectificatum:

Compoſita officinalia: *Aquæ*: theriacalis ſimplex & compoſita, vitæ Mathioli, cochleariæ, hederæ terreſtris, hyſſopi, liliorum convallium, matricariæ, petroſelini, roſmarini.

Spiritus: ſalis ammoniaci, ceraſorum nigrorum, aromaticus Sylvii, matricalis.

Tincturæ: ſcillæ, card: bened: myrrhæ, aloës, ſulphuris, antimonii, caſtorei, ſuccini.

Olea deſtillata: guajaci, ſaſſafras, majoranæ, macis, camphoræ, origani, ſulphuris per campanam, vitrioli, ſuccini, terebinthinæ.

Olea per deliquium: myrrhæ, petræ, tartari.

Olea infuſa: abſinthii, anethi, capparum, caſtorei, chamomillorum, euphorbii, hyperici, irinum, maſtichinum, mucaginum, nepethæ, rutæ, ſcorpionum, vulpinum.

Balſama: Peruvianum, copaivæ, opobalſamum, ſulphuris aniſatum, terebinthinatum, ſuccinatum, ſapo.

Mellita: Mel roſarum, ſcyliiticum, chelidonii majoris, tithymalli.

Un-

Unguenta: Ægyptiacum, Felicis Wiirtz, apoſtolorum, aureum, baſilicum, calcis, enulatum, martiatum, nervinum.

Emplaſtra: Oxycroceum, ſparadrapum ſive tela Gualteri, diachylum cum gummatibus, &c

Lapides: alchymiæ, de chalcitide, de ſale tartari cum calce viva.

Animadverſiones in Detergentia, attrahentia, &c. &c.

§. 1.

INternis non ſolum, verum & externis ulceribus ita adhibeantur cauſtica & attrahentia, ut vel febris vehementer non augeatur, vel inflammatio dolorifica; videant ergo, quam prudenter procedant illi Practici, qui veſicatoria ex *cantharidibus* in febribus multa & magna commendant: licet enim forte fortuna aliquando opem ferre poſſint, tamen utplurimum plus nocere debent, quam prodeſſe.

§. 2.

NIſi materia peccans profunde parti affectæ inhærerat, ita ut tuto inciſio fieri nequeat inſtrumento acuto, omittantur attrahentia & cauſtica, quia dolores intenduntur, ex quibus oritur vigilia continua cum febre & delirio.

§. 3.

IN omni inflammatione, gangræna & cancro, nunquam uſurpentur cauſtica, ſed quidem mitiora detergentia: præprimis in cancro exulcerato ab omnibus acrioribus deſiſtendum eſt.

§. 4.

DEtergentibus internis ſummo cum ſucceſſu adduntur emollientia blandiora, nitroſa & adſtringentia, ita tamen, ut, pro re nata, eorum alterutrum prædominetur.

§. 5.

§. 5.

UBi ulcera oris ſcorbutica ſunt detergenda, caute uſurpentur acriora in junioribus, qui rite ſalivam exſpuere nequeunt: nam acriores illæ particulæ, cum ſaliva deglutitæ, producerent vomitum & ventriculi eroſionem.

De Decoctis detergentibus.

℞. *Lign: guaj:* ʒiij.
cort: tamar: ʒvj
rad: ariſtol: rot: ℥ß
tormentill:
apii
leviſt: aa. ʒj
enul: camp: ʒiß
C. C. limat. ʒx
herb: ſcord: M. j
pyrol.
alchymill: aa. M. ß
ſem. dauc: cret: ʒij
bacc: laur. ʒiß
tart: crud: rhen: ℥ß

Coq: in s. q. *aq: comm.* & *hydromillis* aa. p. æq. colat. ℔. iij add:
Mellis roſat: ℥iß
bals: ſulph. anis. ʒiß
M. f. Decoctum.

Vel

℞. *Rad: angel: ver:*
imperator. aa. ℥ß
ariſtol: rot:
ſalſapar aa. ʒvj
rad: bryon. ʒiß
herb: fœnic.
ſanicul.

pariet.
malv: aa. M. ß
calamint: *mont*. P. ij
flor: *chamom*:
hyper. aa. P. iij
bacc: *junip*. *rec*: ℥vj.
Coq: in s. q. *aq*. *font*. ſub finem decoct. add.
rad: *liquirit*: *ras*: ℥vj
Colaturæ ℔iij add:
aq: *theriac*: *ſimpl*: ℥x
M. f. Decoctum.

Animadverſiones in Decocta detergentia.

§. 1.

MUltum præſtant hæc decocta in empyemate, phthiſi incipiente, aliisque exulcerationibus notabilibus internis, item in pectoris vulneribus, tuncque optime additur *rubia tinctorum*.

§. 2.

VIcibus interpolatis præſcribatur bolus aliquis detergens ex *theriaca*, *rob junip*. vel *terebinthina Veneta lota*, *terra ſigillata*, &c.

De Mixturis detergentibus.

℞. *Aq*: *hyſſopi*.
heder. *terr*. aa. ℥ij
ther. *ſimpl*: ℥vj
elix: *propr*: *Par*. ℥j
antim: *diaph*: ℈ij
nitr. *pur*: ℈j.
oxym: *ſcillit*. ℥ß.
M.

Vel

Vel

℞. *Aq. majoran:*
meliſs: aa. ℥iiß
vit. Math. ℥ß
diaſcord: incomp: ℈ij.
ſal: prunel: ℈j
coral: pp. ʒj
ſyr. de card. ben. ʒvj.
Miſce.

Animadverſiones in Mixturas detergentes.

§. 1

RAtione *myrrhæ* & *aloës*, talibus mixturis melius additur *elixyr proprietatis*, quam *tinctura croci*; cum fructu etiam additur *tinctura ſucci catechu*, *ſalis tartari*, *&c:*

§. 2.

D*Iaſcordium* quidem elegimus *incompletum Sylvii*, noſtræ formulæ, pro delicatioribus, ſed tamen completum, hoc eſt, cum *galbano* & *gentiana*, efficacius eſt, ubi magis eſt detergendum.

§. 3.

NE entia multiplicemus citra neceſſitatem, hauſtuum detergentium formulas omittimus: nam, uti ſupra ſæpius dictum eſt, ex dimidiata mixturæ portione componi poſſunt.

De Bolis detergentibus.

℞. *Theriac. ven:* ʒiß
flor: ſulph. ʒß
ſal: abſinth. gr. xv.
mell ros. q. s.
M. f. Bolus.

Vel

Vel

℞. *thereb. venet. lot.* ℈ij
troch. de myrrha. ℈j
croc. gr. iv
cremor. tart. ʒß
bals: peruv q. s.
M. f. Bolus.

Animadverſiones in Bolos detergentes.

§. 1.

ABluitur *terebinthina*, mediante *aqua petroſolini*, vel quavis alia conveniente, ut acriores ejus particulæ abluantur, præſertim in phthiſi vera inveterata.

§. 2.

SEmihora poſt boli aſſumptionem ſuperbibatur cyatus *lactis dulcis*, in quo ſolutus fuit *vitellus ovi*, cum *melle roſato*: ſic enim non ſolum ſapor *terebinthinæ* evaneſcet, verum etiam melius in ventriculo & inteſtinis ſolvetur.

De Balſamis detergentibus.

℞. *terebinth.* ℔ß
gumm. galb.
elemm.
thuris
maſtich.
myrrh. aa. ℥j
aloës
xyloaloës
galang.
carioph.
cinnam.
nuc. moſch.
cubeb. aa. ℥ß

Infu-

Infuſa per horas xxiv in s. q. *ſpiritur vini* deſtillentur ſecundum artem; poſtea oleum deſtillatum, mediante digeſtione, incorporetur *balſamo peruviano* ad ℥ß. Doſis eſt ad magnitudinem *nucis moſchatæ* cum vehiculo convenienti. Vel

℞. *Olei violar.* ℥viij
laurin. ℥j
tereb. ℥ß.
ſpic. deſtill.
junip.
æris uſti aa. ʒj
reſin. pini
tereb.
colophon.
maſtich. aa. ℥ß
chalcant. alb. ʒiß

Ebulliant parum, & colentur ad uſum, poſtea add:
bals. peruv. ʒij.
M. f. Balſamum.

Animadverſiones in Balſama detergentia.

§. 1.

NOn ſolum externe, verum etiam interne balſamum primum uſurpari poteſt, ubi mundeficatione viſcerum opus eſt, præſertim in principio; ſed ſecundum balſamum ſoli uſui externo dicatum eſt, propter additionem *æris uſti* & *chalcanti.*

§. 2.

B*Alſama* propter unionem particularum hamoſarum & ramoſarum cum ſalinis ſpiculis potentius operantur, quam vel *tincturæ*, vel *aquæ*; hinc adeo famoſum evaſit *Balſamum Locatelli*, cujus deſcriptio eſt ſequens:

℞. *Ceræ citrinæ opt.* ℔j
olei olivar.
tereb. ven. in aqua roſarum ad albedinem lotæ aa. ℔iſs
ſantal. rubr. ſubtiliſſime pulver. & cribr. ℥ij
vini canarienſis q. s.

M. coquantur ſimul in balneo Mariæ, ad conſumptionem vini, deinde adde

balſami peruv: ℥ij
M. f. Balſamum.

Eternis ulceribus apprime conducit balſamum ſequens:

℞. *Gumm. galb.*
ammon
ſerapin.
ſtorac. calam.
olibani
tragacanth.
bdellii
maſtich.
elemm.
hederæ gummi
colophon. aa. ℥iiſs
euphorb:
ol: petræ. aa. ℈ij
hyperic. ℔ij
virid. æris ℥j.

M. f. Balſamum, viridis coloris.

De Unguentis attrahentibus.

℞. *Ol. oliv:* ℔iſs
cer. flav: ℥iv
picis græc.
nigr. aa. ℥ij
maſtich.
galban.
thur. aa. ℥j

ſaga-

ſagapen. ℥iß
terebinth. ℥j
M. f. Unguentum.

Vel

℞. *ol: comm.*
ſev hirc. aa. ℔j
pic. nigr ℔ß
græc. ℥iij
maſtich.
thur:
galban.
ammoniae.
opopanac:
ſagapen. aa. ʒß

Liquefiant *oleum*, *ſevum*, & *pix*, deinde adde *gummata*, ſecundum artem ſoluta; poſtea addantur cœtera tenuiſſime trita, ſemper agitando, donec percoquantur; denique his ab igne temotis adde

theriacæ ʒij
M. f. Unguentum.

Animadverſiones in Unguenta detergentia.

§. I.

PRædicta unguenta non ſolum detergunt, materiamque purulentam corrigunt & minuunt, verum etiam feſtucas, glandes, grandines, &c. ex vulneribus attrahunt & ſimul ſanant. Dantur tamen & alia ſpecifica, quæ fermentum virulentum ex bubonibus venereis & carbunculis peſtilentialibus educunt, e. gr.

℞. *herb. ruthæ* M. j
ferment pan: ℥j
ficuum ping. No. iv
piper. ʒj
ſal. ℈ij

M. f.

M. f. Ung. quod tamen, quia nulla accedit *pinguedo*, tale dici non poteſt proprie, niſi addatur *unguentum baſilicum* s. q. Vel

℞. *terebinth. ven.* ʒiß
axung. porc. ℈ij
ſucc: ſcabios. vel
ſymphyt. maj. q. s.
M. f. Ung. Vel

℞. *Calc. viv.* ℥j
ſapon: nigr: q. s.

M. ad conſiſt: unguenti, quod ſuper ulcus detineatur per duas horas.

§. 2.

UBi vehementius procedere tempeſtivum fuerit,

℞. *ſemin. ſtaphidis agr.*
ſinap. aa. ʒß
rad. pyrethr.
euphorb. aa. gr. xv.
canthar. ʒiß
aceti vini fortis q. s.
M. f. Paſta veſicatoria.

Egregium quoque eſt *emplaſtrum magneticum arſenicale*, cujus virtutem adeo extollit Paulus Barbette in tractatu de peſte, ubi etiam videre licet & *magnetis arſenicalis* & *emplaſtri magnetici* deſcriptionem.

§. 3.

SI quis alia ſub forma voluerit penetrantiſſima, quæ tamen ad intentionem Medici mitigari poſſunt, utatur ſeqq.

℞. *Ciner. clavellat.*
calc. viv. ℥iv
nitr.
ſal. ammon. aa. ℥iij

Infund:

Infund: omnia in *aq: com:* ℔vj in vaſe bene clauſo, ne quicquam exhalet, per v. aut vi. dies, ſique tunc non ſatis acre fuerit, addantur novi *cineres* vel *calx viva*; ubi vero id ſatis acre videbitur, limpidior *lixivii* portio effundenda eſt, quæ porro evaporanda, donec in exigua fruſtula ſalina concreſcat, quæ præſtantiſſima præbet cauſteria.

De Emplaſtris pſilotris

℞. *Picis græc:* ℥ij
naval: ℥iß
ærug: ʒß
gumm: ammon: ℈ij
ol. euphorb: q. s.
M. f. Emplaſtrum.

Vel

℞. *terebinth. ven:* ℥j
coloph. ℥iij
pic: nav: ℥ß
fulig: camin: ʒß
ærug: ℈ß
M. f. Emplaſtr.

Animadverſiones in Emplaſtra pſilotra.

§. 1.

Contra achores, ſive tineam capitis, ubi humores acres corroſivi & fixi glandulis ſubcutaneis inhærent, iſta emplaſtra ſunt egregia & ſpecifica, nempe contrario ſuo ſale materiam peccantem corrigunt, piloſque decidere faciunt.

§. 2.

Relinquenda ſunt ſuper locum affectum per 3 vel 4 dies, ſed poſtea vi æquali ſunt abſtrahenda, ita ut cruſta achorum cum pilis rite inhæreat.

§. 3.

AD hanc normam, ſed omiſſis nigricantibus efformari poſſunt emplaſtra, vel ungenta, faciem aliaſque corporis partes depilantia, qualia imprimis in uſu ſunt apud Turcas, qui ea habent valde ſecreta.

§. 4.

TAlia etiam conveniunt in carie oſſium, ſed forma pulveris.

℞. *mumiæ*
ſarcocollæ aa. ʒß
euphorbii ʒj.
M. f. Pulvis.

Vel
℞. *Rad: ariſt: rot:*
irid:
peucedan. aa. ℥ß
myrrh:
aloës aa. ʒiß
cort: pini
ſcor: æris aa. ʒj
lumbric: terr: ʒij
mell: q. s.
M. f. Ung.

Vel
℞. *ſucc: chelid: maj.* ℥ij
ſpir. vin: ℥j
myrrh.
aloës aa. ʒij
vitriol: alb: ʒj

M. pro injectione, in hyperſarcoſi ulcerum inveteratorum utiliſſima.

C A-

CAPUT XIII.

De Maturantibus & ſuppurantibus.

§. 1.

QUuanquam *cauſtica* atque *corroſiva*, præcedente capite recenſita, fibrillas partium ſolidarum rumpant & erodant, adeoque apta videri poſſint materiæ purulentæ congregendæ, attamen id non adeo facile præſtant, niſi vel conjungantur, vel ſuccedant digeſtiva, ſive maturantia & ſuppurantia, quorum pleraque quoad naturam conveniunt cum emollientibus, quibus ita dilatantur tubuli partium ſtabilium, ut lympha chyloſa rite propelli poſſit ad puris collectionem; quod pus ſi fuerit tenaciuſculæ conſiſtentiæ & coloris albeſcentis, bene concoctum & laudabile dici ſolet; ſi vero tenue fuerit & aquoſum, coloris flavi vel vireſcentis, tunc pravum dicitur atque malignum, præſertim ſi ſimul fœteat, indicatque vel cancrum ulceratum, vel fiſtulam, &c. nempe in hoc pure latent partes copioſæ corroſivæ, in illo vero partes copioſæ balſamicæ & chyloſæ.

§. 2.

DIximus autem pleraque maturantia coïncidere cum emollientibus, non vero omnia: dantur enim etiam maturantia ſalina & acida volatilia, rarefactionem conciliantia humoribus ſtagnantibus craſſis & viſcoſis, quæ rarefactio non ita facile obtinebitur per pinguia & emollientia.

§. 3.

NE vero cramben bis coctam philiatris exhibeamus, verbo eos mittimus ad capita priora, quæ agunt de attenuantibus & emollientibus; interim compoſitiones quaſdam approbatas ſubnectemus.

De Cataplaſmatibus ſuppurantibus.

℞. *rad. lil: alb:*
alth: aa. ℥iß
nid. hirudin. No. j vel ejus loco
fimi columb: ℥j
ficuum
dactylor. aa. No. iv.
alb: græc: ℥vj
Coq: in ſ. q. *aq: hord:* poſtea add:
cæpas ſub cineribus toſtas No. ij.
M. f. Cataplasma, cui add:
croc: ʒij
ol: chamom. ℥j
theriac: vet: ʒiß
Vel
℞. *rad: alth.* ℥j
irid.
angel: aa. ʒiij
lil: alb: ℥ij
ficuum No. viij
ſem: lin: ʒij
flor. chamom:
melil: aa. M. ß
Coq. in s. q. *aq: comm:* ad conſiſt:
Cataplaſmatis.

Animadverſiones in Cataplasmata maturantia.

§. I.

OMnia ſuppurantia utplurimum præſcribi ſolent ſub forma cataplaſmatis, aliquando tamen etiam ſub forma gargariſmatis & emplaſtri. Pro *gargariſmate* ſit ſeq.

℞. *Rad. ariſt. rot.* ʒiij
alth: ℥j

ficuum

ficuum ping: N°. viij
ſem. fœn: dulc: ℨiij
flor. chamom.
melil. aa. P. iij.
roſ: rubr: P. ij

Coq: in s. q. *lact: dulc*: pro Gargariſmate in angina, tumoribuſque faucium vel gingivarum, &c: ad ſuppurationem tendentibus.

§. 2.

MAturantia utplurimum dolores augent febremque exacerbant, imo aliquando deliria excitant: ratio eſt quod fibrillæ partis affectæ magis expandantur, ruptioniſque periculum ſubeant, unde ſpirituum animalium motus vehemens evadit & irregularis, propter quem nervorum tubuli magis aperiuntur, veſtigia cerebro impreſſa irregulariter aperiuntur, ita ut ordine incompoſito rerum imagines menti repræſententur, fibrillæque muſculorum cordis & arteriarum inæqualiter contrahantur. Ubi vero pus collectum fuerit, ſymptomata ceſſant: nam ruptis fibrillis vehemens determinatio motus ad cerebrum & ſenſorium commune propagari nequit; ita chorda muſica rupta nullum edit ſonum.

§. 3.

POſtquam maturans medicamentum ſatis diu fuit continuatum, apoſtema vel ſponte rumpitur, vel lege artis aperitur lancetta, vel cultro inciſorio, hancque inciſionem cito ſatis inſtituendam monemus: haud raro enim contingit, quod cutis externa ſit adeo denſa, ut a ſolo pure perrumpi non poſſit; ſic ergo evitamus fiſtulas, caries, & quamplura alia mala. Præprimis hoc obſervandum eſt in bubone tam peſtilentiali, quam venereo.

§. 4.

IN omnibus tumoribus a materia acida auſtera oriundis abſtinendum eſt a maturantibus, præſertim frequentibus, v. gr. in cancro occulto, ſchirrho cancroſo, &c. facile enim abeunt in malignam ſuppurationem.

§. 5.

MUlierculæ ſolent ſæpæ ſolam *medullam panis acidi* manducare cum *butyro*, partique affectæ imponere cum ſucceſſu. Huc quoque pertinent *lana ſuccida*, ſive *œſypus*, *adipes*, *folia tuſſilaginis butyro* illita, *folia braſſicæ*, *vitelli ovorum cum terebinthina & croco*, vel *unguento baſilico.*

§. 6.

DUm externe maturantia imponuntur, interna diaphoretica etiam neceſſaria ſunt: junctæ enim vires plus poſſunt.

§. 7.

IN angina vera rite obſervandum eſt, quod maturantia externe non ſint applicanda, niſi tumor externe inſigniter appareat, nullaque ſpes ſuperſit diſcuſſionis, ne cicatrix relinquatur, quæ faciem, inprimis mulierum, defœdat. Ergo potius locum ibi habent gargariſmata, vel maſticatoria, ut apoſtema rumpatur introrſum, poſteaque mature aperiatur: Niſi enim hoc fiat, facile affectus faucium tranſit in affectum pulmonum; quapropter Hippocrater recte dixit; Anginam facile tranſire in peripneumoniam, hæmoptoën & empyema.

§. 8.

DEnudato oſſe in apoſtemate, caveat ſibi vel Medicus vel chirurgus, ne utatur pinguibus: facile enim cariem contrahit os, vel gangrænam caro, &c.

§. 9.

§. 9.

QUi deſiderio tenentur emplaſtrorum magis, quam cataplaſmatum, utantur ſequentibus:

℞. *Gumm. ammon.* ℥ß
ung. baſil. ʒij
empl. mucag.
diachyl: cum gummat. ʒvj
M. f. Empl.

Vel

℞. *Empl. oxycroc.* ʒij
de melilot. ℥ß
Ung. aurei ʒiß
ol. palm q. s.
M. f. Emplaſtrum.

CAPUT. XIV.

De Cephalicis.

§. 1.

QUatenus diverſi dantur cerebri affectus vel morbi, eatenus diverſa dantur medicamenta cephalica, quæ tamen generaliter referri poſſunt vel ad tenuantia ſalina, vel acida volatilia, vel ad emollientia & modice incraſſantia. Speciatim vero ea dicuntur cephalica, quæ copioſis gaudent particulis ſubtilibus, præprimis ſalino-volatilibus: namque juxta leges Mechanices ſubtilia per lineam rectam, quantum poſſibile, ſurſum magis tendunt, quam deorſum; atqui linea magis recta & brevior eſt caput verſus, quam inferius, ergo ſalino-volatilia majore motu pollentia caput prius afficient, quam aliam corporis partem.

§. 2.

§. 2.

NE autem confuſio oriatur, cephalica dividimus in antapoplectica, antepileptica, analeptica & antiphrenitica; cœtera omnia ad iſtas teferri poſſunt claſſes.

De Antapoplecticis.

§. 3.

UT horum operatio melius percipiatur, operæ pretium erit apoplexiæ cauſas continentes annectere. *Apoplexia* ergo *eſt ſenſuum motuumque arbitrariorum abolitio, cum ſtertore, ſomno profundiſſimo & reſpiratione difficili conjuncta.* Duplex vero eſt Apoplexia, *ſanguinea* videlicet & *pituitoſa*, ſive *ſeroſa*. Cauſa continens ſive proxima apoprexiæ ſangunieæ eſt, vel ſanguis craſſior anguſtioribus vaſis cerebri inſinuatus & ibidem condenſatus, ita ut exinde comprimantur & anguſtentur cerebri & cerebelli tubuli, vel ſanguis (propter ruptionem vaſorum) in cerebri ventriculis extravaſatus, orificia nervorum copioſorum obſtruens & comprimens, ita ut ſpiritus animales ſufficiente quantitate nec ſecerni nec diſtribui poſſint. Cauſa vero proxima Apoplexiæ pituitoſæ eſt, humor craſſus ac viſcoſus vel pituitoſus, collectus in cerebro, cerebrique ventriculis, tubuloſque, ut ſupra, auguſtans.

§. 4.

QUoniam itaque maxime attendendum eſt ad ſymptoma urgens, idcirco in Apoplexia ſanguinea, præmiſſa *venæſectione* in venis jugularibus, vel brachii, injiciendus eſt *clyſter* volatilis ſive ſpirituoſus & acer, ut tentemus diſcuſſionem ſomni profundi, v. gr.

℞. *rad. angel. ver.*
bryon.
cyclam. aa. ℥ij
herb. puleg.

cala.

calaminth: mont:
origan.
hyſſop. aa. M. ß
ſummit: aneth.
centaur: min. aa. P. iij
ſem. nigell: ℈ij
cumin: ʒiß
Coq: in s. q. *aq. comm:* ſub finem decoctionis addendo
vini alb: ℥iij
Colat: ℥viij add:
vin. emetic: turb: ℥iij
mell: mercur. ℥ij
M. f. Clyſter.

Porro tendanda eſt Apoplexiæ ſolutio per *ſternutatoria* : vix enim pejus aliquid ægro, durante vita, evenire poteſt, Apoplexia ; interim momemus, quod ſternutatorium ſit remedium dubium & incertum.

℞. *tabac: hiſpan. opt:* ℈ij
herb. majoran. nob. ʒß
ſalv: ℈ß
flor: lil. conval. gr. xvj
rad. helleb. alb. gr. iij
benzoës gr. vj
moſch: gr. j
ambr. grys. gr. iij
M. f. Pulvis ſternutatorius, cum penna in nares inflandus.
Etiam huc ſpectat balſamum antapoplecticum:

℞. *ol: nuciſt: expr.* ʒj
cinnam. gutt. xij
ol: carioph. gutt. viij
lavend:
ſuccin. aa. gutt: x
balſam. peruv: gutt: xx
zibeth. gr. ij
ambr gris: gr. iv.

Rr M. f.

M. f. Balſamum, naribus, temporibus, carpis manuum & regioni cordis illinendum.

Denique nuchæ linemtum eſt inungendum, quale ſequens:

℞. *ol. ſuccin.*
ſpic.
caſtor. aa. ℈ij
hyper.
ſucc. rut. expreſs: aa. ℥iij
M. f. Linimentum.

Animadverſiones in Antapoplectica.

§. 1.

CLyſteres ſemper tuto in Apoplexia præſcribere poſſumus, aſt non æque Venæ-ſectionem, quapropter, ut famæ ſuæ conſulat Medicus, præmonere debet conſanguineos & amicos ægrotantis remedium iſtud dubium eſſe, quod vel juvare vel nocere poſſet, atqui in caſu deſperaro præſtat anceps remedium quam nullum.

§. 2.

CLyſtere injecto, caput fricetur pannis calidis & aſperis, accedant ligaturæ artuum dolorificæ, ſed iterato ſolvendæ, rurſuſque ſtringendæ.

§. 3.

SI clyſter nimis ſubito, propter peralyſin ſphincteris ani, rejiciatur, in ejus locum ſubſtituatur ſuppoſitorium acre.

§. 4.

BAlſamorum officio fungi poſſunt minore cum labore & pretio *ſpiritus ſalis ammoniaci*, *recens deſtillatus*, *ol: ſuccini*, *ſal volatile cornu cervi*, *urinæ*, *fuliginis*, *tartari*, &c.

§. 5.

§. 5.

UBi deglutire poterit æger, utatur ſequenti mixtura:

℞. *Aq. majoran.*
hyſſop: aa. ℥ij
antapopl. Amſt. ℥j
elix. prop: Par. ʒj
tinct: caſtor.
ſuccini aa. ℈ij
ſpr. C. C. rectif. ʒß
ocul. cancr. pp. ʒj
ſyr. anthos. ʒvj.
M.

De Antepilepicis.

§. 1.

EPilepſiæ cauſæ proximæ variæ ſunt, per conſequens, varia remedia: Difinitur, quod ſit *ſubitanea corporis in terram proſtratio, cum convulſione omnium membrorum interpolata, ſenſuum motuumque arbitrariorum abolitione.*

§. 2.

CAuſæ ſunt ſequentes: primo humor craſſus viſcoſus vel terreſtris ſimul & acris corroſivus, ſtagnans ad aliquod tempus in canalibus anguſtioribus partis alicujus ſolidæ, etiam aliquando minimæ, qui ſucceſſive & per intervalla, influxu ætheris diverſo, ad rarefactionem perductus latibula ſua perrumpit, vaſiſque revehentibus venoſis & lymphaticis communicatur, ſicque toti maſſæ ſanguineæ diſtributus tranſit ad omnes partes, adeoque ad muſculos & nervos, cerebrum, &c: quoniam vero iſtarum partium tubuli anguſtiores ſunt, quam ut craſſiores humoris iſtius partes tranſmittere valeant, idcirco partes hærentes vellicant, & ſtimulatione iſta efficiunt,

ut ſpiritus animales maxima celeritate & vehementia verſus muſculos influant, eoſque violenter & irregulariter contrahant, vel potius convellant: non enim libere pergere poſſunt ab uno muſculo in alterum, per tubulos communnicationis, quapropter regurgitando latera fibrillarum vi maxima expandunt: ſecundo vermes inteſtinorum mordendo fibrillas nervoſas dolorem non ſolum inferunt inſignem, verum etiam eodem actu excitant ſpirituum animalium influxum vehementiorem non ſolum verſus partem vellicatam, ſed & verſus reliquas corporis partes: tertio paſſiones animæ vehementes & ſubitaneæ epilepſiam æque producere valent, ac priora, ſed curatu vel ſanatu faciliorem. Primæ autem cauſæ ratio recte ſi intelligatur, facile patebit omnis epilepſia ſympathica, ſive per conſenſum v. gr. uteri, lienis, pancreatis, &c:

§. 3.

REmedia ergo Epilepſiæ adhibenda, tempore paroxyſmi, ſunt antapoplecticis prorſus affinia, verum ſimul obſervandum eſt, quod corpus epileptici debeat poni, quantum poſſibile, ad lineam horizontaliter rectam; quodque digiti & reliqua membra debeant explanari, ut ſpiritus æqualiter influere valeant, etiam lignum vel cochlear ſtanneum inter dentes inſeri debet, ne linguam mordicus lædant.

§. 4.

EXtra paraxyſmum ſequentia ſpecifica ſunt uſurpanda:

℞. *Cinnab. nativ. opt.* vel
antimon: rite ſublim. ℥ß
corall: rubr.
marg. pp. aa. ℈ij
croc: ℈j
fol: auri N°. xij.

Terantur exacte cum s. q. *aq: flor: tiliæ*, poſtea exſiccentur & f. Pulvis, cujus doſis eſt ℈j cum conveniente vehiculo.

Vel

Vel

℞. *Sterc. pavon.*
anſer: vir. aa. ℈j
pulver. comitiſſæ Kent. ʒiß
croc. orient. ʒß
M. f. pulvis. Doſis eſt ad ʒß.

Porro *ſecundina humana*, in umbra ſiccata, & pulveriſata, uſurpari poteſt cum fructu ad ʒß; egregius etiam eſt ſequens hauſtus:

℞. *Aq. ſpir. tanac.* ℥ij
antepil. ℥ß
tinct. caſtor. ℈j
ſal. prun. ℈ß
ſyr. de pæon. ℥ß
M. f. Hauſtus.

§. 5.

IN fontanella adhibeatur *cauterium actuale* in caſu inveterato & deſperato, quo multos epilepticos ſanatos fuiſſe conſtat experientia.

§. 6.

ALii ſpecificum putant *ſanguinem humanum* calide epotum, ſed diabolicum magis (ut recte ait Tulpius) eſt hoc remedium, quam humanum, pejorque inde reſultare poteſt epilepſia.

Animadverſiones generales in Antepileptica.

§. 1.

SI paroxyſmi epileptici certas ſervent periodos, ſeſquihoram ante paroxyſmum ſudorifera conſtantiora propinentur non ſecus ac in febribus intermittentibus: cauſa enim proxima conſimilis valde videtur.

§. 2.

PUrgantia quævis acria (quemadmodum etiam alia volatiliora & acriora) epilepticis nocent, præprimis immediate poſt paraxyſmum ſumpta. Verum vomitoria inſignem habent opportuno tempore efficaciam.

§. 3.

SI ultra xxv. annum epilepſia continuaverit, monente Hippocrate, incurabilis eſt, quemadmodum & hæreditaria, ſed alias ætatis & anni mutatio multum in hoc morbo poſſunt.

De Analepticis, cardiacis & alexipharmacis.

§. 1.

HÆc medicamenta variis operantur modis: nonnulla enim ſanguini humoribuſque communicant particulas, quæ vocare nos ſolemus cardiaca primi generis; nonnulla ratione conſtantiæ ætheris, quem particulæ eorum in ſanguinem introducunt & acidum ſuperfluum imbibunt; alia denique, motum ſanguinis modice minuendo, poroſque corporis leniter conſtringendo, impediunt particularum ſubtilium diſpendium.

§. 2.

NOn itaqne hæc medicamenta ſoli cordi ſunt dicata, ſed toti corpori, quatenus diſtributiones & ſecretiones humorum promovent. Dicuntur eorum quædam analeptica, quaſi ab iiſdem ſpiritus reciperentur; quædam alexipharmaca, quatenus venenis reſiſtunt; & quemadmodum cardiaca diximus duplicis eſſe generis, ita idem dicimus de venenis: ſcilicet nonnulla manifeſte operantur inflammando & erodendo, veſtigia inſignia ſui relinquendo, nonnul-

la vero inſenſibiliter & lente ſanguinis texturam deſtruunt, vel incraſſando vel ſolvendo.

§. 3.

SUb catalogo analeptiorum & alexipharmacorum comprehendemus antiloimica ſive antipeſtilentialia & alexiteria.

Vegetabilia: *Ligna*; aloës, ſantala omnia, ſaſſaphras, juniperinum.

Cortices: cinnamomi, tamariſci, citri, arantii.

Radices: angelicæ, anthoræ, biſtortæ, tormentillæ, carlinæ, ſalſaparillæ, contrajervæ, galangæ, acori, iridis florentinæ, zedoariæ, dictamni albi, enulæ campanæ, eringii, gentianæ, imperatoriæ, petaſitidis, leviſtici, ſcorzoneræ, peucedani, vincetoxici, doronici, pentaphylli, cariophyllatæ, calami aromatici.

Herbæ: ſcordium, phellandrium, carduus benedictus, dictamnus, quinquefolium majus repens, ruta, centaurium minus, meliſſa, ſalvia, roſmarinum, valeriana, ulmaria, veronica, thymus, majorana, calamintha montana, pulegium, artemiſia, tanacetum, matricaria, mentha, ocymum, borago, bugloſſa, myrtus, laurus.

Flores: boraginis, bugloſſæ, tunicæ, croci, calendulæ, roſarum, violarum, naphæ ſive arantiorum, chamomillorum, ſalicis, ſambuci.

Semina: aniſi, cardamomi, citri & aurantii, coriandri, leviſtici, cariophyll: aromat: piper, baccæ lauri, juniperi, grana kermes

Fructus: juglans immatura, pomum citri, aurantii, ceraſa acida, poma redolentia, cydonea, granatorum, ribeſia, nux moſchata, zinziber conditum:

Animalia: moſchus, zibethum, caſtoreum, fimi animalium, mumia, pedra del porco, unicornu, oſſa de corde cervi, cornu cervi præparatum, lapis bezoar orientalis & occidentalis, cranium humanum, & quævis chymica ex eo præparata, uſnea ſive muſcus cranii humani, calculi humani, &c.

Mineralia & metallica: folia auri & argenti, antimonium diaphoreticum album & purpureum, cinnabaris antimonii, terra ſigillata, lemnia, ſmaragdus, hyacinthus, ſaphirus, topaſus, granatus, chalybs præparatus, unicornu foſſile.

Mari-

Marina: corallia, mater perlarum, margaritæ, ſuccinum, ambra griſea, blatta byſantina, conchæ.

Succi condenſati: myrrha, camphora, benzoë, ſtorax calamita, thus, olibanum, reſina pini, maſtiche, &c.

Compoſita: theriaca veneta vel quævis alia, orvietanum, mithridatium, diaſcordium, confectio hyacinthorum & alkermes, diateſſaron.

Conſervæ: florum boraginis, bugloſſæ, violarum, roſarum, roſmarini, calendulæ, meliſſæ, menthæ, lavendulæ, rob ſambuci, ribeſiorum, juniperi.

Salia: Omnia tam volatilia, quam fixa, alcalia & urinoſa, ſimplicia & compoſita; item omnes ſpiritus & tincturæ ejuſdem naturæ: vid: cap: de attenuantibus.

Syrupi: acetoſitatis citri, granatorum, limonum, agreſtæ, violarum, roſarum, cydoneorum, ribeſiorum, ſambuci, cardui benedicti, menthæ, anthos.

Trochiſci: de ſpodio, de terra ſigillata, viperini, ſcyllitici, hedychroï, de camphora.

Animadverſiones generales in analeptica & alexipharmaca.

§. I.

UBique præſtat in morbis malignis uti conſtantioribus, quam valde ſpirituoſis & volatilibus, niſi ea exegerit ſymptoma quoddam urgens, v. gr. animi deliquium; rationem dedimus hujus rei in antecedentibus: confer Verulam: ſylva ſylvarum centur: x experimento 698, ubi aurea verba ſequentia reperiuntur: *in febribus peſtilentibus aliiſve maliginis intentio quidem eſt, expellere contagium per ſudores & evaporationes, ſed tamen optima eſt quæ craſſiuſcula admittit, ut nitrum, diaſcordium, & ſimilia, quæ ad tempus expulſionem remorantur, donec natura lenius id perficiat: venuſte enim dixit quidam: in extinguenda flamma febris peſtilentis natura ſimilis eſt populo incendium domus extinguere conanti, qui adeo occupatur, ut alter alteri ſit impedimento: egregium profecto axioma, & uſus varii! ut quicquid ſedat ſpirituum animalium contentionem, actionem eorum promoveat.*

§ 2.

§. 2.

IN peſte morbisque malignis admodum caute uſurpentur purgantia, & venæ-ſectio, nec non opiata.

§. 3.

COmpoſita varia cardiaca & antiloimica reperire licet apud Diemerbroekium, Paulum Barbette, Sylvium, Griilingium & Laurentium Donkers in idea febris petechialis. Nos ſequentia, memoriæ confortandæ gratia, ſubjungemus.

℞. *rad: ſcorzon.* ℥iij
ſem citri
card: ben: aa. ʒß
C. C. ras. ʒiij
cort: citri ℥j
herb: acetos:
ſcord:
meliſs: aa. M. iij
flor. calend: M. ij
tamarind: ℥ij

Coq: in s. q. *aq: comm:* ad pintas IV. Colaturæ adde
ſyr: de limonibus ℥vj

M. f. Decoctum, de quo æger bibat, loco cereviſiæ, pro lubitu.

Vel

℞. *rad: zedoar.*
angel.
petaſit. aa. ʒvj
ſcorzon. ℥ij
fol. ſcord: M. ij
meliſs: M. iij
flor. calend. M. iß
nuc: jugland: immat. ℔j

Contundantur omnia ſimul, deinde affunde *aceti optimi* ad tres

quartas partes ex arena in cucurbita vitrea per ſe deſtillati ℔xij; digerantur per noctem, deinde deſtilla per arenam lento igne ſine empyreumate ad ſiccitatem, & habebis *aquam* illam famigeratam Sylvii *prophylacticam* dictam. Doſis eſt ad cochlearia duo vel tria in vehiculo conveniente.

§. 4.

ALii ſequens *electuarium ſalutis* valde deprædicant:

℞. *Macis in ſucco limonum infuſi* ℥iß
theriac.
mithridat. aa. ℥iij
ſpec. liberant.
lign: aloës
terr. ſigill.
ſuccini pp. aa. ʒj
pulv. cort. citr. ʒiß
conſerv. roſ:
flor. nymph. aa. ℥ß
ſyr. acetoſ. citr. q. s.

M. f. Electuarium. Doſis eſt ad magnitudinem nucis moſchatæ mane & veſperi, vel pluries in die.

§. 5.

DEſcriptio *rob ſambuci compoſiti*, hiſce morbis accommodati, eſt ſequens:

℞. *rad: torment.*
petaſit.
pimpin:
angel.
fol. ſcord.
bacc. junip. rec. aa. ℥ß

Radices macerentur in *aceto ſambucino* per horas XXIV, poſtea lente

lente exſiccentur, & ſeorſim pulveriſentur; poſtea adde *pulverem ſcordii & baccarum juniperi*. Miſceantur omnia, & *aceto* reſiduo adſperſa ſubigantur quam exactiſſime cum

rob: ſambuci ℥xvj.

Doſis eſt ad ʒ ij in vehiculo conveniete.

§. 6.

Contra vehementem cephalalgiam & deliria utiliter nuchæ & temporibus imponitur *hedera terreſtris* cum *ruta* contuſa, & plantis pedum apponatur ſequens:

℞. *fol: rut.* M. iß
ferment. acid: ℥ij
fimi columb. ℥j
ſal. comm. ℥ß
acet. ſambuc: q. s.
M. f. Cataplasma.

De Antiphreniticis.

§. 1.

Phrenitis definitur, quod ſit *delirium continuum*, *cum febre continua acuta*, *dolore capitis acerbiſſimo & vigilia*. Cauſa vero ejus praxima ſive continens eſt eriſypelas vel inflammatio cerebri & meningum, propter ſtagnantem ſanguinem & lympham acriorem in canaliculis anguſtioribus, quemadmodum ſupra diximus de inflammatione. Huic malo mederi valent ſequentia, præmiſſa *venæ-ſectione* matura, & *alvi evacuatione per clyſterem*.

℞. *terr. ſigill:*
ſal. prun. aa. ℈j
laud: op. gr. ij
ſang. hirc. ʒß
ſal. card. ben. gr. xv.
diaſcord: incompl. ℈ij

 M. f.

M. f. Bolus pro doſi, cum vehiculo conveniente ſumendus. Pro potu ordinario ſit vel ptiſana *hordeacea* vel decoctum *ſcorzoneræ*, ſupra præſcriptum titulo de analepticis & alexipharmacis.

Oxyrrhodinum autem temporibus & nuchæ imponendum ſit ſequens:

℞. *Aq. ſolan.* ℥iv
roſar. ℥j
ſucc: ſemperviv: maj: ℥ij
opii crud. aceto ſoluti gr. xij
M. pro Oxyrrhodino.

Vel

℞. *Ung: popul:* ℥j
ol: papav: expr:
hyoſciam: aa. q. s.
M. f. Linimentum,

Quod illinendum eſt naſo, temporibus, regioni cordis & nuchæ.

Aminadverſiones in Antiphrenitica.

§. 1.

QUamprimum ſomnus placidus obreperit, deſiſtendum eſt ab opiatis, quia ſecus producerent morbum aliquem ſoporoſum, vel ipſam mortem.

§. 2.

LOco *ſalis prunellæ* ſumitur cum fructu *tartarus vitriolatus*, cujus curioſam deſcriptionem exhibemus ſequentem:

℞. *ol: tart. per deliq.* ℥viij
cryſtall. tart: ℥vij
ſpirit: vitriol: veneris rectif: q. s.

Miſceantur primo *oleum tartari* & *cryſtalli*, digerendo in MB, deinde filtretur ſolutio, cui guttatim inſtilla *ſpiritum vitrioli*; leniter poſtea evaporetur ad ſiccitatem, ſuper aquam bullientem; maſſam tunc

uſui

uſui repone: ſic enim integrum *tartarum ſpiritui vitrioli* aſſociatur, & emergit *tartarus vitriolatus* vulgari longe nobilior. Doſis eſt ad ℈j.

CAPUT. XV.

De Ophthalmicis.

§. 1.

PLurimi cum ſint oculorum morbi, quorum prolixa tractatio huc non pertinet, idcirco ſpeciatim ſaltem hic agemus de iis, quæ pertinent ad ophthalmiam & cataractam.

§. 2.

GEneraliter equidem ophthalmia ſumitur pro oculorum affectu in genere, verum in ſpecie denotat *tunicæ adnatæ, ſive albugineæ inflammationem cum rubore, ardore, pruritu, lachrymis & lemis*, &c.

§. 3.

CAtaracta vero dividitur in incipientem & confirmatam: incipiens deſcribitur, quod ſit *viſus depravatio, nubeculas, aranearum telas, vel culices aliasve peregrinas res menti repræſentans, cum indicio pelliculæ externo*; confirmata vero, quod ſit *viſus abolitio pelliculam notabilem, utplurimum albicantem, totamque pupillam obducentem conjunctam habens.*

§. 4.

CAuſa continens Ophthalmiæ eadem eſt, quæ phrenitidis: cataractæ vero cauſa continens eſt humor craſſus viſcoſus vel terreſtris, cujus filamenta preſſione aëris externa, vel alia de cauſa, ſibi mutuo ita intricantur, ut pelliculam componant notabilem.

§. 5.

OPerantur itaque ſequentia ophthalmica, partim emolliendo, partim aperiendo, partim denique erodendo & abradendo.

℞. *Croc: metall:* ʒj
aq. fœnic: ℥vj

Diger: per noct: & filtrentur per chartam emporeticam. Doſis eſt gutta, vel altera in oculum affectum inſtillanda.

Vel

℞. *flor. cichor. cærul:* q. pl.

Contund: in mortar: metall: admiſcendo quartam partem *Sacchari canti alb*: indantur vitro & ponantur ad ſolem, ut in liquorem ſolvantur.

Poſtea f. Collyrium.

§. 6.

EOdem modo præſtantiſſima paratur *aqua* ex *floribus calendulæ* item *caulibus fæniculi recentis.* Vel

℞. *Aq. euphrag.*
roſar.
chelid: maj: aa. ℥ß
tut. pp. ʒß
vitriol: alb: gr: j
ſacch. ſatur. gr: iij
M. f. Collyrium.

Si vero dolor ex his nimis exacerbetur, leniri is poteſt ſequenti modo:

℞. *Micæ panis alb:* q. pl.

Coq: in *lacte vaccino* & *aqua pluviali* aa. p. æq: donec fiat *pulticula*, tunc add:

croc: ℈ß
aq: fœn: ℥ß
M. f. Cataplasma.

Egre-

Egregia etiam eſt *aqua panis ſimilaginei viridis:*

℞. *Micæ panis ſimilaginei acidi.*

Exſiccetur in umbra; poſtea ſumatur mortarium æneum; obducatur linteo raro, cui imponatur mica panis, huic porro chartam impone, cui ſuper addita fuerit arena; tunc imponatur ſartago prunis accenſis repleta, & fiat deſtillatio per deſcenſum, quemadmodum in confectione placentarum roſarum & aquæ roſ: Relinquatur aqua deſtillata tam diu in mortario, donec viridem nacta fuerit colorem.

§. 7.

AD cataractam conducit pollen ſubtiliſſimus *tutiæ*, vel *antimoni crudi*, vel *oſſis ſepiæ* cum *ſaccharo canto.*

Vel

℞. *tut. pp.* ℥ij
camph. ʒj
virid: æris: gr: xij

Tutiam cum *caphura* ſimil contere in mortario, item *æruginem* ad pulveris impalpabilis conſiſtentiam, tum add:

butyr. rec. non ſalit ℥ij
aq: roſ: ʒij

Bulliant leniter ſimul; tunc ab igne remotis primo *tutiam* cum *camphora*; ſecundo, *viride æris* ſenſim commiſce, agitentur optime & in vaſe vitreo ſerventur pro

Unguento, quod per ſericum tranſcoletur; eoque inunge interiorem partem palpebrarum, præſertim circa angulos. Hoc ungnentum ſi deſideremus acrius, addatur *ſuccus chelidonii majoris* vel *fel carpionum* aut *anguillæ.*

§. 8.

COntra ophthalmiam vulneri ſupervenientem ſequens egregium eſt:

℞. *Sief alb: ſine opio* ʒiß
thur: pp. ʒß

muci:

mucil. ſem: cydon. ℈j
camph. ℈ß
aq: roſ: ℥iij
M. f. Collyr.

Alii utuntur *ſanguine recente* & *calido vitulino* vel *columbino*, cum ſucceſſu; alii autem ſola infuſione *cariophyllorum aromaticorum* in *aqua fæniculi* vel *roſarum*.

Animadverſiones in Ophthalmica.

§. 1.

SI plumis vel linteis collyria applicentur, obſervandum eſt, quod poſtea iterum non ſint uſurpanda, niſi lota & purificata, quia effluvia ſalina ex oculo inflammato iis inhærent, non ſecus, ac idem obſervare licet in linteaminibus ad coryzam adhibitis.

§. 2.

SI cataracta fuerit matura ſatis, præſtat chirurgi operatio per acum, quam uſus pharmacorum acrium.

§. 3.

V*Eſicatorium* pone aures aut in collo ex *cantharibus* cum fructu quoque adhiberi ſolet: nam effluvia *cantharidum* lege circulationis ad partem affectam delata obſtructiones ſolvunt, & emanante pure minor eſt humorum preſſio verſus oculum.

De Oticis.

CAPUT XIV.

§. 1.

PRæcipua aurium ſymptomata ſunt tinitus & ſurditas, quorum cauſa eſſe poteſt multiplex; v. gr. vel collectio copioſi cerumi-

nis

nis in alveolo; vel obſtructio nervorum auditoriorum & pororum membranæ tympani; vel ruptio membranæ ejusdem; vel luxatio oſſiculorum auditus; vel ruptio & eroſio nervorum illuc excurrentium. Sed ultima hæc mala ſunt inſanabilia, nec niſi inſtrumentis acuiſticis ſublevari poſſunt.

§. 2.

Contra tinnitum vero & ſurditatem ab obſtructione

℞. *elix: prop: Parac: ſine acido* ℨß
tinct: caſtor.:
moſchi aa. ℈j
bals: ſulph: anis: vel *tereb:* gutt: x.

M. accurate, & gutta una vel altera in aurem inſtelletur, vel mediante goſſypio excipiatur in aurem.

§. 3.

Optimus quoque eſt *vapor panis immediate ex clibano extracti* & *auribus admoti*, nec non *oleum chartæ*, de quo vide Baſilium Valentinum lib: de rebus naturalibus & ſupranaturalibus.

Animadverſiones in Otica.

§. 1.

Vitandus eſt diuturnus calidorum & exſiccantium uſus, ne vel materia peccans induretur, vel fibrillæ exſiccentur.

§. 2.

Operatio oticorum valde adjuvatur medicamentis attenuantibus, nec non frictionibus capitis calidis & aſperis.

§. 3.

SEmper ante uſum oticorum purgari debet & evacuari aurium cavitas externa, injectione *lactis tepidi dulcis*, & ope *auriſcalpii* ſordes ſunt ad lumen extrahendæ.

CAPUT. XVII.

De Ondontalgicis.

§. 1.

INter primarios dentium affectus recenſentur dolor, hæmorrhagia, caries, & nigredo, quorum omnium cauſa proxima utplurimum eſt materia ex ſanguine ſecreta acris & corroſiva, quatenus videlicet fibrillas dentium ſolvit & erodit.

§. 2.

DOlor autem dentium varia habet remedia, e. gr. in caſu acri,

℞. *tincturæ opii, in qua ſolutum fuit pauxillum camphoræ* cochl: j
ſpirit: ſal: amm: gutt: xvj
vin: gall: ℥j
M. pro oris collutione.

Vel

℞. *Nitr.* ʒj
camph: gr. vj
vitriol. alb: gr: iv
aq: roſ:
ſpirit: vin: aa. ℥iß
M. pro oris collutione.

Huc ſpectant *oleum tabaci, chartæ, origani, cariophyllorum*, &c.

§. 3.

VErmiculos verò vel necant, vel extrahunt tam amara, quam dulcia, v. gr. *aloë*, *myrrha*, *fel vitri*, *mel commune* vel *ſimplex*, vel cum *pomo aſſato* mixtum, item pinguia, e. gr. *ſevum hircinum* linteo exceptum, igne liquefactum & gingivis admotum, quod inſigniter laudatur ab Bartholino cent: 3 hiſt: 96.

§. 4.

COntra nigredinem dentium pulvis ſequens utilis eſt:

℞. *Pumic: calcin:* ℥j
rad: irid: flor. ℈ß
tart: vitriol: ℈j
ſal: prun: ʒß
ſang: drac: gr: xv.
M. f. Pulvis.

§. 5.

COntra hæmorrhagiam gingivarum, dentiumque vacillationem

℞. *Sang: drac:* ℈j
gumm: laccæ ʒß
terr: japon: ℈ij
benzoës ʒß
Affund: *ſpir: vin: rectif:* &
cochlear. rectif. aa. q. s. poſtea adde
mell: roſ: q. s.
M. pro oris collutione.

Animadverſiones in Odontalgica,

§. 1.

SI odontalgia dependeat ab intemperie ſanguinis univerſali, *venæſectione* præmiſſa, deveniendum eſt ad univerſalia, prius quam ſpecialia adhibeantur.

§. 2.

SI dens fuerit cavus, radices autem & latera ejus firma, præſtat chirurgia per forcipem, quam pharmacia; ſi vero patiens extractionem non permittat, *ſclopomachærium* candens caute inſinuandum eſt in dentis cavitatem.

§. 3.

IN omni dolore dentium, externis ſimul uſurpatis, interna anodyna, quorum formulas ſupra dedimus, exhibeantur.

CAPUT. XVIII.

De Pectoralibus, ſive Thoracicis.

§. 1.

PRimarii pectoris affectus ſunt aſthma, pleurititis (ſub qua comprehedimus peripneumoniam) nec non phthiſis.

§. 2.

ASthma definitur, quod ſit *difficilis, ſive denſa, crebra & anheloſa reſpiratio, cum tuſſi, ſibilo, & febre conjuncta, utplurimum ortum trahens a materia craſſa viſcoſa ſimul & acri, pulmonum bronchia obſtruente.*

§. 3.

PLeuritis vero definitur, quod ſit *dolor lateris alterius, vel utriusque punctorius, aliquando vagus, aliquando fixus, cum febre continua acuta conjunctus, nec non difficili reſpiratione, & ſputo cruento, oriunda ab inflammatione membranæ pleuræ & pulmonum.*

§. 4.

§. 4.

PHthiſis eſt *lenta totius corporis emaciatio cum febre lénta vulgo hectica dicta, rejectione phlegmatum aliquando ſanguinolentorum, aliquando purulentorum tuſſique quaſi perpetua.*

§. 5.

COntra aſthma probatum eſt ſequens:

℞. *rad: helen.* ℥j
irid: flor. ℥ß
liquirit: ʒx
croc: ʒiß
maſtich:
camphor. aa. ʒj.
ſemin: anis:
carui aa. ℥ß
benzoës ℥ß
caſtor. ʒj
ſpirit: anis: ℔x

Macerentur omnia per octiduum, ut fiat tinctura. Doſis eſt ad cochlearia duo, præſertim tempore paroxyſmi.

§. 5.

CItra paroxyſmum.

℞. *Rad. enul: camp:* ℥ß
irid: flor. ʒiij
ſalſapar. ℥ij
liquirit: ℥j.
herb. hyſſop: M. ij
bacc: junip: rec: ℥ij

M. f. Species in s. q. *aq: fontan:* macerandæ & poſtea leniter coquendæ;

Pro Decocto. Doſis eſt bis vel ter indies ad ℥xij. vel xiv ſingulis vicibus.

§. 6.

INterim uſurpetur ſequens pulvis ter quavis ſeptimana :

℞. *Spermat. cet:* ʒj
ſal: card: ben: ℈j
antim: diaph: ʒß
laud ap: gr: j.

M. f. Pulv: pro doſi. Egregia etiam eſt hoc in caſu *tinctura mellis* ſ. a. facta, ad gutt: xxx. vel: xl, l, & lx. Aliquando vel ſoli *flores ſulphuris cum diaſcordio* ſufficiunt.

§. 7.

PLeuritidi nihil magis eſt conveniens, præmiſſa *Venæ-Sectione*, quam ſequens :

℞. *diaſcord Sylv:* ʒj
mandib: luc: piſc: ʒß
ſal: card. bened: ℈j
laud: op: gr: j

M. f. Bolus, cum *juſculo calido non ſalito* ſumendus. Externe autem parti affectæ imponendum eſt *emplaſtrum de ſpermate ceti*, & *meliloto*, aa. p. æq.

§. 8.

PHthiſi incipienti apprime convenit ſeq. Solvatur

℞. *terebinth. ven:* ℈ij
vitello ovi, poſtea admiſce
mell. ros. ℥j
lact. aſin. ℥iv
M. f. Hauſtus.

Inveteratæ autem phthiſi conveniunt ea, quæ allata fuere circa detergentia & emollientia.

Anim-

Animadverſiones in Pectoralia ſive Thoracica.

§. 1.

ASthmaticis plethoricis ſemper *Venæ-ſectio* eſt adhibenda, prius-quam cœtera medicamenta propinentur.

§. 2.

QUanquam *petiſugium* pectori ſuſpectum eſt, attamen aliquando plus poteſt, quam optimum medicamentum.

§. 3.

SAl *volatile urinoſum*, quale *oleoſum* & *aromaticum Sylvii*, plus nocuiſſe, quam profuiſſe in Aſthmate pluries obſervavimus.

§. 4.

LIcet pleuritidem veram absque *Venæ-Sectione* curare, imo & ſanare poſſimus, non tamen id tuto abſolvitur; nunquam vero uſurpentur hoc in caſu purgantia acriora, ſed vel lenientia & ſolutiva, vel clyſteres.

CAPUT. XIX

De Stomachicis.

§. 1.

QUemadmodum nihil apud ignarum vulgus familiarius in uſu eſſe, & commendari ſolet, quam ſtomachicum, ita in ejus uſu peccatur, ut nihil ſupra, quia plurimi ſunt ventriculi affectus, plurimæque per conſequens cauſæ, ad quas omnes non, ut oportet, attendunt: Nempe aliquando peccant *particulæ acidæ fixæ*,

xæ, & tunc uſurpanda ſunt *ſalina volatilia*; aliquando autem peccant *particulæ ſalinæ fixæ*, & tunc exhibenda ſunt *acida volatilia*; aliquando peccant *particulæ viſcoſæ*, & tunc pro re nata utendum eſt vel *ſalinis* vel *acidis volatibus*, ſimul & *vomitoriis*.

§. 4.

Specificum, inter alia, ſtomachicum eſt ſequens:

℞. *menth: ſicc:* q. pl:

Conſcind: in partes minutas; deinde add:

aq: comm: tepidæ q. s.
ſacchari partes VIII.

Fermentatione peracta, f. deſtillatio s. a. ita enim prodibit *ſpiritus cum oleo volatili*, ſed ab eo ſeparandus & ad ſummam puritatem *rectificandus*. Deinde incineretur s. q. *ſtipitum menthæ*, ut inde ſuppeditetur *ſal alcali fixum*: tunc

℞. *hujus ſalis* part: ij
olei menth: part: j
ſpr: *menth*. *ſubt* part. v.

Digerantur in MB per dies XIV & ultra, usque dum omnia rite fuerint unita; liquor poſtmodum in uſum ſervetur. Hæc eſſentia reducitur in balſamum ſive ſaponem albicantem, ſi loco ſpiritus optime dephlegmati ſumatur phlegmaticus. Doſis eſt a gutt: x ad xx in vehiculo conveniente.

Vinum medicatum ſtomachicum utiliſſimum eſt ſequens:

℞. *Lign. ſaſſafr.* ℥vj
rad. enul. camp.
angel. aa. ℥iij
galang. min. ℥ß
cort. arant. ℥vj
herb. menth.
abſinth. aa. M. ß
ſal. tart. ℥iß

M. f. Species, quibus affunde s. q. *Vini generoſi rhenani.* Pro lubitu addi poteſt *rhabarbarum* & *aloë*.

Anim-

Animadverſiones in Stomachica.

§. 1.

SIngulis diebus talia non ſunt uſurpanda, ne natura iis nimis adſueſcat, fermentumque ventriculi nimis reddant volatile; adde, quod homines diſponant ad ebrioſitatem.

§. 2.

EXterne regioni ventriculi imponi poteſt cum fructu *emplaſtrum de baccis lauri*, vel *cerotum de cumino*, vel *fruſtum panis toſtum & aqua vitæ Mathioli* humectatum inter lintea rara.

De Hepaticis & ſpleneticis nihil dicendum occurrit, quia conveniunt cum attenuantibus & antiſcorbuticis; & Antinephritica conveniunt cum diureticis.

CAPUT XX.

De Antifebrilibus.

§. 1.

QUatenus febres in genere dividuntur in continuas & intermittentes, illæque rurſus in acutas & lentas; hæ vero in quotidianas, tertianas, quartanas, ſimplices, & compoſitas, eatenus varia dantur antifebrilia, quæ tamen omnia proprie loquendo referri poſſunt ad claſſem ſudoriferorum & alexipharmacorum: licet enim etiam aliquando febres ſanentur vomitorio vel purgante, tamen id non adeo pertinet ad febris eſſentiam, quam quidem ſudoriferum, utpote quod mixturam ſanguinis priſtinam reſtituit.

§. 2.

SPecificum antifebrile eſt ſequens:

℞. *Antim: crud:* part. v
ſal: tart: part: j
ſal: comm: part: iv.

Contundantur & miſceantur exacte, tunc ponantur in crucibulo inter prunas bene accenſas, ut rite fluant ſimul per horam dimidiam: ita enim poſtea deſcendet *regulus* in fundo crucibuli; qui a ſcoriis ſeparatus & optime pulveriſatus coloris eſt elegantis purpurei. Doſis eſt ℈ij. cum s. q. *ſalis tamariſc:* vel alio *alcali*, *theriaca* & ſimilibus.

§. 3.

SPecificum etiam antifebrile nobis exhibet cortex *Peruvianus*, *china china* dictus, ſed tamen caute mercari debemus cum ea, ne producat hydropem, icterum, &c.

CAPUT. XXI.

De Antivenereis.

§. 1.

PEr coitum iteratum, imo vel ſimplicem, cum fœminis impudicis, quæ nemini invident florem corporis ſui, humor quidam acris & corroſivus purulentus, penis ſubſtantiæ ſpongioſæ inſeritur, qui in proſtatis ſtagnans erodit earum vaſcula, ita ut liquor ſeminalis profluat continuo purulentus & acris, quo mediante ſtranguria oritur inſignis, & hoc malum dicitur *gonorrhæa virulenta*; quando vero malum illud ſtagnat in glande penis vel præputio, producit *cancrum*; quando in glandulis inguinalibus, *bubonem*; quando in teſtibus, *teſticulum venereum*; quando denique malum illud toti maſſæ ſanguineæ communicatum fuerit, producit *luem veneream*, hoc eſt, dolores immanes oſſifragos, ulcera cutis, exulcerationem uvulæ & palati, quamplurimaque alia fœdiſſima ſymptomata.

§. 2.

ITaque primo contra *gonorrhæam*,

℞. *Ocul:*

℞. *Ocul. cancr. pp.* ℥ß
ſal: prunell: ℈j
rhabarb. pulv: ʒß

M. f. Pulvis pro doſi ſæpius iterandus.

Interim quoque uſurpetur *tinctura cantharidum* vel *vermium majalium* ad gutt. xx, ita tamen, ne mictum producat cruentum: Poſtea æger utatur ſeqq. pilulis:

℞. *terebinth. ven: coct:* ℥j
ocul: ♋ *pp.* ʒiß
merc: dulc: ℈ij
rhab: pulv: ʒij
ſal: prun: ʒß
bals: copaiv: q. s.

M. f. Maſſa pil: Doſis eſt ℈iv. ſingulis diebus.

Ubi autem valde pertinax fuerit & inveterata gonorrhæa, præſcribatur *turpethum minerale* ad gr. viij. in ſ. q. *Theriacæ*. Contra ardorem urinæ bibatur *ptiſana hordeacea*; evitentur omnia acria, ſalina & acida, aromatica, pinguia, olera, legumina, humectantia.

Aqua Gonorrhæa Quercetani ad cochlearia ij vel iij cum *balſami copaivæ* guttis xx, magnum habet effectum ad ſanandam gonorrhæam.

§. 3.

Contra cancrum valet *aqua divina fernelii*, ſive *Mercurius corroſivus* in ſufficiente quantitate *aquæ plantaginis* ſolutus,

Vel

℞. *Ung: baſil:* ʒvj
merc: præc: rubr: ʒß
mell: ros: ʒiij.

M. f. Unguentum, quod carptis linteis eſt cancro imponendum, poſtquam pauxillum pulveris *præcipitati rubri* ſuper ulcus demiſſum fuerit. In principio bis indies deligatio facienda eſt.

§. 4.

Contra *bubonem venereum*,

℞. *Gumm: ammon:*
galban: aa. ℥j

Solvantur, exprimantur & inſpiſſentur, ut artis eſt, ad conſiſtentiam *mellis*, tunc adde

ung: baſil: ℥ß
diach: cum gumm: ℥ij
thereb: ven: ℥ß

Agitentur ſimul ſuper lento igne ad conſiſtentiam emplaſtri mollioris.

Vel

℞. *fol: malv:*
alth: aa. M. iij
flor. ſambuc: M. ij
rad: bryon: ℥vj

Coq. in ſ. q. *aq: commun:* poſtea add:
fœcum vini ℥ij
mic: panis alb. q. s. pro
Cataplasmate.

Maturatione facta *bubo* aperiendus eſt *lancetta*, *ulcuſque* mundificandum & ſanandum methodo vulgari; interim *mercurialia* & *decocta* interne ſunt ſimul uſurpanda.

§. 5.

Contra *teſticulum venereum* valet cataplaſma ex *argilla* mixta cum ſ. q. *decocti chamomillorum* & *cumini* ad conſiſtentiam ſufficientem.

§. 6.

Contra *luem veneream* potentiſſima ſunt *mercurialia*, ſed tamen caute exhibenda, præſertim tempore brumali, corporibusque exſuccis & hecticis; alias ſalivatio obtineri poteſt vel internis ſolis, vel

vel externis ſolis. Interne v. gr. præſcribatur *turphethum minerale* ad gr. viij cum ſ. q. *theriac:* pro doſi, quæ ſecundo vel tertio die reiteranda eſt, niſi æger fuerit admodum debilis, & alvum ſæpius dejecerit: tunc enim lente procedendum eſt cum *mercurio dulci* ad ℈j. cum *diaſcordio*. Externe vero,

℞. *Axung. porcin:*
unguent: martiati aa. ℥vj
mercur: viv: ℥iv.

M. in mortario vitreo, uſque dum *mercurius* diſpareat, tunc obvolvatur manus chirurgi *veſica vitulina*, & ita inungantur ægrotantis plantæ pedis, nec non articulationes pedum ac manuum una cun genibus. Spinam autem dorſi inungere periculoſum eſt, quia plurimi ibidem latent nervi.

Triduo elapſo, quieſcendum eſt per biduum, ſique tunc ſalivatio non procedat, iterum duobus diebus ulterius continuandum eſt inunctione.

Inter ſalivandum victus ſit tenuis, & ſufficit juſculum avenaceum vel hordeaceum, in quo panis fuit maceratus: nam manducare non poſſunt ægrotantes propter ulcera oris & vacillationem dentium.

Continuanda eſt ſalivatio uſque dum omnia ſymptomata ceſſaverint, adeoque bis quavis ſeptimana præſcribatur interne *mercurius dulcis* ad ℈j.

Salivatione peracta, conveniunt *decocta* ex *guajaco ſalſaparilla*, *china*, *liquiritia* & *petaſitide*, qualia in antecedentibus ſæpius præſcripſimus: & denique *balneum vaporoſum* eſt inſtituendum, ut omne virus tam venereum, quam mercuriale evaporet.

Sic ergo ad finem perduximus cogitationes & obſervationes noſtras de operationibus medicamentorum. Deo ſit laus, honor & gloria in ſempiterna ſæcula. Amen.

FINIS.

INDEX CAPITUM.

CAPUT I. De alimento, veneno, & alimentoſo medicamento, nec non medecamento proprie ſumpto. Pag. 137
CAPUT II. De ſpecificis in genere. 145
CAPUT III. De valore principiorum & facultatum, tam Veterum, quam Recentiorum. 152
CAPUT IV. De Attenuantibus, ſive præparantibus, & digeſtivis. 157
CAPUT V. De Emollienttbus. 202
CAPUT VI. De Anodynis, ſive paregoricis, narcoticis & hypnoticis. 221
CAPUT VII. De adſtringentibus, incraſſantibus & repellentibus. 232
CAPUT VIII. De Emeticis, ſive Vomitoriis. 253
CAPUT IX. De Purgantibus. 260
CAPUT X. De Diaphoreticis & ſudoriferis. 276
CAPUT XI. De Diureticis ſive urinam cientibus. 290.
CAPUT XII. De Detergentibus, attrahentibus, cathæreticis, cauſticis & veſicantibus. 301.
CAPUT XIII. De Maturantibus & ſuppurantibus. 315
CAPUT XIV. De Cephalicis. 319
CAPUT XV. De Ophthalmicis. 333
CAPUT XVI. De Oticis. 336
CAPUT XVII. De Odontalgicis. 338
CAPUT XVIII. De Pectoralibus ſive thoracicis. 340
CAPUT XIX. De Stomachicis. 343
CAPUT XX. De Antifebrilibus. 345
CAPUT XXI. De Antivenereis. 346

APPENDIX

Variarum denominationum uno verbo expreſſarum.

Quinque radices aperientes.

APii, aſparagi, fœniculi, petroſelini, ruſci vel graminis.

Quator radices emollientes.

Althæa, beta vel parietaria, malva, violaria.

Quinque herbæ capillares.

Capillus veneris, phyllitis ſive lingua cervina, polytrichum ſive trichomanes, ſalvia vitæ ſive ruta muraria, ſcolopendrium ſive cæterach.

Tres flores cordiales.

Borraginis, bugloſſæ, violarum.

Quatuor ſemina calida majora.

Aniſi, cardamomi, cumini, fœniculi.

Quatuor ſemina calida minora.

Amnios, apii, carui, dauci.

Quatuor ſemina frigida majora.

Cucumeris, cucurbitæ, citrulli, melonum.

Quatuor ſemina frigida minora.

Cichorei, endiviæ, lactucæ, portulacæ.

Quintuplices pulveres pretioſi.

Granati, hyacinthi, ſapphiri, ſardi ſive carneoli, ſmaragdi.

INDEX

INDEX
RERUM NOTABILIUM
In his Exercitationibus Theoretico-Practicis
CONTENTARUM.

Numerus paginam denotat.

A.

ACidum quid ſit. 156.
Acida ſunt heterogenea. *ibid.*
parcius uſurpanda ſunt, quam ſalia volatila. 165.
in peſte neceſſaria. 330
Acidorum diverſa eſt indoles. 147
Acidiuſcula in morbis malignis utilia. 281
Acida volatilia dividunt materiam gummoſam & viſcoſam. 165
nocent in vomitu bilis æruginoſæ. *ibid.*
infantibus noxia. 166
Acris & ſpirituoſus clyſter in Apoplexia. 320
Adſtringentia ſunt ſcorbuticis & hydropicis noxia. 234
Adſtringentuim catalogus. 233. 234
Aër eſt heterogeneus. 153
Agarici laudabilis notæ. 263
Alcali quid ſit. 156
Alcalium uſus in peſte. 285
Alciatus citatus. 148
Alexipharmacum decoctum. 329
Alimentum quid ſit. 144
Alimenta & potulenta, qua ratione vel ſana, vel morboſa. 139
An dari poſſit medicamentum univerſale. 146. 147
An, quia datur venenum univerſale, detur medicamentum univerſale. 147. 148
An hypnotica & narcotica ſint calida, vel frigida. 222. 223
An ſudores ginantur, ſive colligantur ſola condenſatione vaporum. 277.
An ſudorifera, ſolius ſudoris expellendi gratia veniant præſcribenda. 278
Analepticorum catalogus. 327. 328
Anceps remedium melius, quam nullum. 322
Angina facile tranſire poteſt in peripneumoniam. 318
Animadverſiones in uſum ſalino volatilium oleoſorum. 163 *ad* 165
in uſum acidorum volatilium. 165. 166
in uſum ſcrabrorum, ſive terreſtrium. 166
in dedocta attenuantia 169 *ad* 171
in vina medicata 172. 173
in mixturas attenuantes. 174. 175
in hauſtus attenuantes. 176
in bolos attenuantes. 177

Anim-

Animadverſiones in pulveres attenuantes. 178
in pilulas attenuantes. 180
in julapia attenuantia. 181. 182
in condita attenuantia. 183
in balnea attenuantia. 184 *ad* 186
in clyſteres attenuantes. 187. 188
in cataplaſmata attenuantia. 189. 190
in ſacculos attenuantes. 191. 192
in linimenta attenuantia. 123. 194
in unguenta attenuantia. 195 *ad* 197
in emplaſtra attenuantia. 198
in apophlegmatiſmos attenuantes. 200
in peſſarios attenuantes. 201
in uſum emollientium. 203
in uſum decoctorum emollientium. 205
in mixturas emollientes. 206
in hauſtus emollientes. 207
in emulſiones emollientes. 208. 209
in bolos emollientes. 209. 210
in pulveres emollientes. 210
in pilulas emollientes. 211
Animadverſiones in balſama emollientia. 212
in condita emollientia. 213
in clyſteres emollientes. 214. 215
in cataplasmata emollientia. 216
in ſacculos emollientes. 218. 219
in linimenta emollientia. 219. 220
in emplaſtra emollientia. 220
in anodyna. 224
in adſtringentia. 234. 235
in emetica, ſive vomitoria. 255. 256
in purgantia. 264 265
in ſudorifera. 280, 281
in diuretica. 292, 293
in detergentia. 304. 305
in Antapoplectica. 322. 323
in Antepileptica. 325. 326
in analeptica, ſive alexipharmaca. 328 *ad* 331
in antiphrenitica. 332
in ophthalmica. 336
in otica. 337. 338
in odontalgica. 339. 340
in pectoralia ſive thoracica. 343

Ani-

Animadverſiones in ſtomachica. 345
Anodyna ſunt talia vel per ſe, vel per accidens. 224
Quibusdam ſpeciatim ſunt infeſta. *ibid.*
agunt tripliciter. 221.222
in nephritide ſunt ſuſpecta. 224
in fluxionibus alvi excellunt. *ibid.*
Anodynorum catalogus. 223
Appius Alexandrinus citatus. 139
Apozemata purgantia. 265. 266
Apoplexiæ definitio & diviſio. 320
Aqua ophthalmica viridis. 335
Aquæ prophylacticæ Sylvii deſcriptio 329. 230
Arcanum antinephriticum. 297
Artificialia balnea naturaribus reſpondent. 185
Artuum ligaturæ dolorificæ ubi conveniant. 322
Aſthma quid ſit. 340
Attenuantia ſalino-volatilia. 158. *ad* 162
acida volatilia. 162.163
quomodo operentur. 158
Attrahentia & cauſtica nullius valoris vel operationis in gangræna & paralyſi. 302. 304
Axioma quoddam Medicum. 253
Axungiæ humanæ uſus. 220

B.

BAlnea attenuantia. 183. 184
quomodo dividantur. *ibid.*
quando noxia. 184. 185
artificialia naturatibus reſpondent. 185
Balnea anodyna. 228. 229
Balſama emollientia. 211.212
anodyna. 230
in morbis contagioſis. 231
adſtringentia. 249.250
detergentia. 308.309
Balſamum antinephriticum. 299
ſamech paracelſi. 300
Locatelli. 309.310
viride. 310
antapoplecticum. 321.322
Bartholinus citatus. 339
Bolus quid ſit. 176
Boli attenuantes. 176.177
emollientes. 209
anodyni. 226.227
adſtringentes. 238
vomitivi. 259.260
purgantes. 271.272
ſudoriferi. 287
detergentes. 307.308
Boyle (Robertus) citatus. 140.143 149.156
Bubonis venerei remedia. 348

C.

CAlor unde. 155
Cardiaca. 326 *ad* 328
Cataplasmata attenuantia. 188. 189
emollientia. 215.216
ſuppurantia. 316.317
anodyna. 331
Catalogus attenuantium. 158 *ad* 163
emollientium. 202.203
anodynorum & narcoticorum. 223
adſtringentium. 233.234
vomitoriorum. 254

Catalogus purgantium. 262 *ad* 264
ſudoriferorum 279. 280
diureticorum. 290 *ad* 292
detergentium. 302 *ad* 304
analepticorum. 327. 328
Caulæ palati Lucretii. 200
Cauterii uſus in epilepſia. 325
Celſus citatus. 139. 150. 240
Collyria. 334 *ad* 336
Condita attenuantia. 182
emollientia. 213
adſtringentia 239
contra vacillationem dentium & hæmorrhagiam gingivarum. 239. 240
Conſtantia & rigiditas particularum quid efficiat. 149
Conſuetudo quomodo altera natura. 142
Conſuetudinis varii gradus. 143
Corticis peruviani uſus & abuſus. 346
Cur purgantia neceſſario evacuent per alvum. 262
Curatio vomitus diutini. 227
ſingultus. *ibid.*
cardialgiæ. *ibid.*

D.

DAri ſpecifica. 145
Decoctum quid ſit. 167
attenuans ſalinum volatile. 167 *ad* 169
acidum volatile. 168. 169
Decocta ad quam doſin præſcribenda. 170. 171
emollientia. 204
adſtringentia. 235. 236
ſudorifera. 281. 282
diuretica. 293. 294
Decocta detergentia. 305. 306
alexipharmaca. 329
Diaphoretica & diuretica valde conveniunt. 290
diureticis addenda. *ibid.*
opiatis addenda. 227
Diviſio febrium. 345
Diuretica quomodo operentur. 290
ſuſpecta in iſchuria. 292
in gravidis. *ibid.*
egregia in hydrope. *ibid.*
Dulcia & ſuavelentia fœminis infeſta. 173

E.

ELectuarium ſalutis. 53
Elixyris proprietatis Paracelſi uſus. 284
Emplaſtra attenuantia. 197. 198
emollientia. 220
adſtringentia. 251. 252
pſilotra. 313
maturantia. 319
Epilepſiæ definitio. 323
cauſæ variæ. 323. 324
Epilepſia periodica curanda eſt, ut febris intermittens. 325
Epileptici quomodo tractandi. 324
Errores Medicorum. 146. 151. 261
Euripides citatus. 148
Exemplum purgationis ab odore ſolo electuarii purgantis. 140
Experimenta. 138. 139
Verulamii circa podagram. 217. 218
Externa ſtomachica. 345
Externis maturantibus interna diaphoretica ſunt combinanda. 318

F.

FImi animalium utiles. 189, 190
Fiſtulæ quomodo evitandæ. 317
Flores ſulpluris & benzoës conducunt morbis pectoris. 274
Folia ſennæ & rhabarbarum melius infunduntur, quam coquuntur. 266
Fomenta emollientia. 216. 217
Foreſtus (Petrus) citatus. 294

G.

GAleni elementa medica examinantur. 154
Gargariſmata repellentia. 240. 241
Gargariſmatum & maſticatoriorum uſus. 318
Gargariſma contra anginam. 316. 317
Gonorrhæa virulenta & lues venerea quomodo producantur. 346
Gonorrhææ virulentæ remedia. 346 *ad* 349
ſymptomata. *ibid.*
Griilinguis citatus. 272

H.

HAuſtus quid ſit. 175
attenuantes. 175. 176
emollientes. 207
anodyni. 226
vomitivi 257
purgantes 269 *ad* 271
ſudoriferi. 284
diuretici. 296
antepileptici. 325
Hæreditaria Epilepſia incurabilis. 326
Helmontii principia examinantur. 153. 156
Heterogeneitas particularum fluiditatem conciliat. 153
Hepatica & ſplenetica ſunt antiſcorbutica. 345
Hippocrates citatus. 141. 143. 164, 264. 318. 326
Homogeneitas particularum ſoliditatem & unionem producit. 153
Horatius citatus. 141
Humidum quid. 155
Hydropici & paralytici quomodo tractandi. 281
Hydragoga. 262
Hypnotica poſſunt ſanguinem attenuare. 222. 223
utplurimum incraſſant. *ibid.*

I.

IGnis eſt hererogeneus. 153. 154
Inconſtantia & incertudo opinionum de operationibus medicamentorum. 137
Injectio detergens. 314
In nephritide utendum prius eſt clyſtere, quam duretica hauriantur. 293
Iſchuria. 292
Julapium quid ſit. 180
Julapii exempla. 181

L.

LAudanum urinarium Michaëlis 299
Ligaturæ artuum dolorificæ utiles in apoplexia. 322
Linimenta attenuantia. 192
emollientia. 219
anodyna. 231
repellentia. 250
antapoplect. 322
antiphrenit. 432

Linimentis purgantia miſcenda. 193. 194
Lucas ſchacht citatus. 298
Lucretius citatus. 138. 142. 200
Ludibrium mulieris Æſopicæ. 150
Luis venereæ ſymptomata. 346
remedia. 348. 349

M.

MArgravius citatus. 288
Matricaria eſt ſpecifica in nephritide. 295
Maturantia ſunt utplurimum emollientia. 315
quomodo operentur. *ibid.*
nocent in cancro. 318
Maturans muliercularum. *ibid.*
emplaſt. 319
Medicina nuſquam non eſt. 137
omnis eſt innovatio. 139. 140
Medicamenta quomodo conſideranda. 138
Medicamentum univerſale an detur. 146. 147
quid ſit. 144
alimentoſum quid ſit. 145
Mercurius eſt heterogeneus. 156
vitæ nihil habet mercurii. 259
dulcis eſt optimum purgans. 268
Michaëlis citatus. 257. 288. 299
Mixturæ attenuantes. 173, 174
emollientes. 206
anodynæ. 225
adſtringentes. 237
ſudoriferæ. 283
diureticæ. 295
Mixturæ detergentes. 306. 307
Mutamur in horas. 157

N.

NArcotica. 221 *ad* 224
an calida ſint, vel frigida. 222. 223
Nephritidis remedia. 293
Nodulus purgans. 267
Nomen ſtomachici nimis generaliter ſumitur. 343
Non quantitas, ſed qualitas aſſumptorum conſideranda. 150
Notæ boni agarici. 263

O.

OBſtructionem cauſæ. 158
Odontalgica. 338. 339
interna jungenda ſunt externis. 340
Omnia totius univerſi ſunt compoſita. 157
Oleum vitrioli ſuſpectum in julapiis. 182
ricini ſimiolo nocivum. 138. 139
gallo innoxium. *ibid.*
Ophthalmia quid ſignificet. 333
Ophthalmica quomodo operentur. 334
Ophthalmicum veſicatorium. 336
Ophthalmia vulneri ſuperveniens quomodo ſananda. 335. 336
Opiata Mixturis ſudoriferis jungenda. 175
Optimum emplaſtrum contra rupturas. 251. 252
Orvietani deſcriptiptio. 287
Oticum veſicatorium. 336
Oxyrrhodinum. 229. 332

INDEX

P.

PEdiluvia. 228. 229
Peſſarii. 201
Pilulæ quid ſint. 178
attenuantes Sylvii. 179
martiales. *ibid.*
antinephriticæ. 297. 298
contra gonorrhæam. 347
Pinguia inflammationibus noxia. 189
Pomum ſomniferum. 231. 232
Principia Paracelſi examinantur. 155. 156
Pulveres metallici, aſſumptis acidis, facile abeunt in naturam vitriolicam. 166
attenuantes. 177. 178
utiliores aliquando mixturis. 178
emollientes. 210
narcotici. 227. 228
adſtringentes. 238. 239
emetici. 259
purgantes. 272
ſudoriferi. 285
Pulvis abſorbens Wedelii. 228
cornachinus. 273
diureticus. 300
antepilepticus. 324. 325
antiaſthmaticus. 342
Purgantia linimentis addenda. 193
vomitoriis mixta, cui uſui. 256
affinia. 260
quomodo operentur. 261
epilepticis noxia, 326
in peſte ſuſpecta. 329
condita. 274
ungenta. 276
& vomitoria cicurantur acidis. 268
Purgantes pilulæ. *ibid.*
noduli. 267
tabbellæ. 273. 274

Q.

QUalitas aſſumptorum præcipue conſideranda. 150
Qualitates & facultates Galenicæ examinantur. 154. 155
Quænam vomitoria debeant uſurpari in cholera. 256
Quercetanus citatus. 257
Quomodo & quando purgantia vel conveniant vel noceant. 264. 265

R.

RAtio cum experientia eſt jungenda. 150. 151
ſtatus ſani. 157
Regula explicandorum phænomenorum. *ibid.*
Repellentia medicamenta. 233. 234
diverſæ naturæ. 235
Robertus Boyle citatus. 140. 143. 149. 156
Rulandus (Martinus) citatus. 257

S.

SAcculi attenuantes. 190. 191
odoriferi. 191. 192
emollientes. 218
Salia ſunt heterogenea. 155
Salia volatilia dolores & vigilias augent. 164
copioſa nocent gravidis. 165
in igne conſtantia & fixa, evadunt volatilia in corpore humano. 286

Salia

Salia eſſentialia. *ibid.*
Sal prunellæ & tartarus vitriolatus non miſcenda ſunt in eadem mixtura. 285
Semina recentia ſunt eligenda pro emulſionibus. 208
Sevi hircini uſus in clyſtere. 215
Siccum unde. 155
Siccis corporibus non admodum conveniunt fortia ſudorifera. 280
Spiritus ſudoriferus. 288. 289
Somno virtus purgantis minuitur. 272
Somnifera. 221 *ad* 223
agunt tripliciter. 221. 222
Sudorifera ſunt purgantibus contraria. 276. 277
quomodo operentur. 277. 280
an præſcribenda ſint ſolius ſudoris proliciendi ergo. 278. 279
decocta. 281. 282
bocheta. 283
antiloïmicis affinia ſunt. 285
Sudores an oriantur ex ſola vaporum condenſatione in ſuperficie cutis. 277
noxii in principio morborum chronicorum. 281
Sulphura ſunt heterogenea. 155
Sylvius citatus. 164. 270
Sydenhamius citatus. 281

T.

Tabellæ purgantes. 273
Temperata præferenda ſunt volatilioribus. 280
Terebinthina quomodo uſurpanda. 308
Terentius citatus. 147
Terrea cujus naturæ. 232
Terreorum diviſio. *ibid.*
Tinctura vermium majalium. 295. 296
antiaſthmatica. 341
Tincturæ opii uſus. 225
doſis. 226
Trochiſci attenuantes. 162

V.

Varius medicamentorum uſus, prout diverſimode applicantur. 140
Vaſa lactea in inteſtinis craſſis. 187
Venæ-ſectio quibus utilis. 164
Venena quibusdam innoxia. 138. 139
Venenum quid ſit. 144. 145.
Vinum medicatum quid ſit. 171
attenuans. 172
emolliens. 205
Vomitoria & purgantia præmittenda ſunt ſudoriferis. 281
ſunt diverſæ naturæ. 253. 254
circurantur acidis. 255
conveniunt cum purgantibus. 255. 260
quibus noxia. 255. 256
quibus ſalutifera. 256
ſæpe præſtant præ purgantibus. *ibid.*
Vomitoriorum catalogus. 254
Unguenta emollientia. 219
purgantia. 276
attrahentia. 310. 311
anodyna. 332
antivenerea. 347. 349

FINIS.

JOANNIS BROEN
M. D. &c.

COMPENDIUM CHYMICUM,

Continens

PRÆCIPUA CHYMIÆ CAPITA,

&

ELEGANTIORES SIMUL AC UTILIORES PROCESSUS.

JOANNIS BROEN
M. D. &c. &c.
COMPENDIUM CHYMICUM,
continens
PRÆCIPUA CHYMIÆ CAPITA,
&
Elegantiores, ſimul ac Utiliores
PROCESSUS.

CAPUT. I.
De Chymiæ definitione, ſubjecto, principio & fine.

§. 1.

CHymia in genere definitur *Anatomia rerum naturalium, præcipue per ignem, quanquam & aëre, aqua & terra, ſalibus, ſulphuribus, &c. pro inſtrumentis Anatomicis utatur.* Alii dicunt, quod ſit *ars ſolvendi & coagulandi corpora naturalia, ut fiant artificialia, diverſi uſus* Res autem eodem redit.

§. 2.

OBjectum & ſubjectum Chymiæ ſunt *res naturales omnes tractabiles*, tam ſimplices (vulgo ita dictæ) quam compoſitæ, namque ex *illis* naſcuntur compoſita; ex *his* vero ſimpliciora educuntur. Iſta vero *omnia* comprehenduntur *triplici regno*, minerali, vegetabili & animali.

§. 3.

REgnum *minerale* includit metalla, lapides, terras, ſuccosque foſſiles.

§. 4.

M*Etalla* dicuntur mineralia, quæ igne fundi & malleo extendi poſſunt: numerantur vulgo (ſecundum planetas) ſeptem; aurum ſive ☉ id eſt Sol; argentum ſive ☾ id eſt Luna; ferrum ſive ♂ id eſt Mars; cuprum ſive ♀ id eſt Venus; ſtannum ſive ♃ id eſt Jupiter; plumbum ſive ♄, id eſt Saturnus; argentum vivum vel hydrargyrum ſive ☿ id eſt Mercurius. Hiſce addunt nonnulli 🜍 id eſt cinnabarin; ut & ♁, id eſt antimonium.

§. 5.

L*Apides* dicuntur mineralia, quæ igne quidem fundi poſſunt, malleo tamen nequaquam duci; ſuntque vel *nobiles* & *pretioſi*, ut adamas, ſmaragdus, ſapphyrus, &c. vel *ignobiles*, ut ſilex, pyrites, &c. illi gemmæ, hi ſimpliciter lapides dici ſolent.

§. 6.

R*Egnum vegetabile* comprehendit plantas omnes, earumque partes, v. gr. vinum, oleum, acetum, tartarum, reſinas, gummata, fructus, pinguedines, laccas ſuccosque plantarum.

§. 7.

R*Egnum animale* comprehendit omne genus animalium cum ſuis partibus & excrementis.

§. 8.

NOta, quod tribus iſtis regnis addi tuto poſſit quartum, nempe *marinum*; nam multa ſunt, quæ ad claſſem priorum referri nequeunt, v. gr. corallia alba & rubra, ambra gryſea, ſuccinum, mater perlarum, blatta byzantina.

§. 9.

DE *Origine vocis Chemiæ* multa proferuntur ab auctoribus : Alii dicunt, quod ſignificet idem ac Ægyptiaca , quatenus Chemia erat ars Ægyptiaca , ab Ægyptis vel inventa vel exculta primum : nam , teſte *Plutarcho* , Ægyptus olim vocabatur Chemia , quod nomen deductum forſan eſt à *Chamo* , quia poſt diluvium illac tetendit ; vel forſan à voce *Chama*, occultavit ſignificante, quia Ægyptus olim latuit ſub undis Nili , per cujus alluvionem excrevit in terram ; vel forſan dicitur Chemia , tanquam ars occulta , quatenus artifices eam occultant , vel raritatis vel præſtantiæ ergo , unde tritum illud Chymicorum : *Arcana non ſunt revelanda.* Alii deducunt Chymiæ vocem ἀπὸ τῦ χύμῦ , à ſucco, quem Chymici ex tribus mundi regnis præparare norunt. Vocatur quoque hæc ars *Hermetica*, ab *Hermete Triſmegiſto* , *Smaragdinæ Tabulæ auctore* : vocatur etiam *ſpagyrica* hæc ars , à ſolvendo & coagulando ; & eodem ſenſu dicitur *Alchemia* , præfixo articulo *Al* arabum , quod dicimus contra *Libavium*, qui exiſtimavit *Chemiam* tractare operationes , *Alchemiam* vero arcana.

§. 10.

GEnus *Chemiæ* diximus eſſe *Anatomiam* ſive *ſolutionem* , quæ una cum *coagulatione* , finem Chemiæ internum ſive officium Chymici conſtituit. Inſtituitur autem hæc Anatomia ab Chymicis , principiorum obtinendorum gratia , quæ vocant hypoſtatica , ſuntque duplicia , vel *activa*, ut ſal , ſulphur & mercurius , vel *paſſiva*, ut phlegma & terra ; nempe à prioribus dependet omnis rerum vis (ut ajunt) activa ; poſteriora vero nihil agunt, niſi quod priora duo inter ſe connectant , vel rebus conſiſtentiam tantum præbeant.

§. 11.

SPiritus , qui à ſimilitudine externa (puta fluiditate & volatilitate) *mercurius* dicitur , vocatur Chemicis *liquor omnis activus* ,

 pene-

penetrans & pungitivus, qualis eſt *ſpiritus vini*, præſertim *rectificatus*, *ſpiritus vitrioli*, *nitri*, &c. Specialiter tamen Chymici *ſpiritum* vocant illum, qui ex rebus *fermentatis* paratur, qualis eſt *ſpir: roſar:* alii dicunt mercurium eſſe aquam, ex qua omnia ſunt producta; alii mercurium vocant acidum volatile; ſtrictiſſime tamen per eum debet intelligi, quicquid eſt volatile in rebus; datur autem triplex in iis ſpiritus, nempe inſipidus, ſulphureus & ſalinus.

§. 12.

S*Ulphur* vocatur, quicquid eſt inflammabile, eſtque multiplex; v. gr. *amarum* in myrrha, camphora, &c. *dulce* in butyro & ſaccharo.

§. 13.

S*Al* dicitur, quicquid poteſt incinerari, eſtque duplex, *fixum* quod in igne perſiſtit, *volatile* vero quod avolat. Aliud porro ſal eſt *alcali*, aliud ex *acido & alcali conflatum*, ut ſal ammoniacum, &c.

§. 14.

P*Hlegma* dicitur liquor aquoſus, inſipidus, neque volatilis, niſi vehementiore igne urgeatur.

§. 15.

T*Erra* eſt corpus craſſum, nulla qualitate, niſi exſiccatoria, præditum, unde etiam dici ſolet *caput mortuum*.

§. 16.

SOlutione opponitur *coagulatio*, quæ eſt operatio, qua diverſa corpora in unum coguntur, poteſtque fieri multis modis, nempe *præcipitatione*, *congelatione*, *digeſtione*, *cohobatione*, *reductione*, *exhalatione*.

§. 17.

§. 17.

F*Inis Chemiæ* non ſemper unus eſt & idem; interdum *phyſicus*, quatenus Chemicus, ſolvendo & coagulando, ſibi comparat rerum naturalium ſcientiam; interdum eſt *Medicus* & *Pharmaceuticus*, quatenus indagatur medicamentum aliquod nobile Chemicum, tuncque ars dicitur *Chemiatrica*; interdum ſcopus eſt *depurare* nobiliora metalla & mineralia ab ignobilioribus, & tunc dicitur *Metallurgia*; aliquando ſcopus eſt *tranſmutare* metalla, & tunc dicitur *ars tranſmutatoria* vel *Alchemia*, artificeſque cicuntur χρυσοποιοὶ, ἀργυροποιοὶ. &c.

CAPUT. II.

De Diviſione & inſtrumentis Chemicis.

§. 1.

TOta Chemia, ratione *mediorum* & *finis*, dividitur in tres partes, nempe, in inſtrumenta, operationes, & opera ſive effecta Chemica, quæ etiam *ſpecies Chemicæ*, dicuntur.

§. 2.

I*Nſtrumenta* Chemica ſunt varia & multa, reduci tamen commode poſſunt in *furnos*, *ignem*, *menſtrua*, *vaſa* atque *ſupellectilia*, *laboratorium* & *laterum genera*.

§. 3.

F*Urni*, ſive *fornaces*, ratione operationum, varias habent figuras, varia ex materia extruuntur, diverſumque finem ſortiuntur: alii nempe ſunt quadrati, alii rotundi, humiles, alti, parvi, magni, clauſi, aperti, ſimplices, compoſiti, ſeparati, connexi; alii ferrei, lapidei, cuprei, fictiles, imo ſtannei; alii furni ſunt cæmentato-

tatorii, alii digeſtivi, alii reverberatorii, circulatorii, calcinatorii. Sed imprimis notandæ ſunt *ſpecies quatuor fornacum* ab chemicis valde laudatarum; prima eſt *Athanor*, ſive furnus Philophicus, arcanis elaborandis inſerviens; ſecunda eſt *Piger Henricus*, ſive furnus *negligentiæ*, inſerviens diuturnis digeſtionibus; tertia eſt *Teuchymaſticus*, ſive *probatorius*, inſerviens metallurgis; quarta dicitur *furnus Anemius*, ſive *fuſorius*, qui eſt vel cum vel ſine folle.

§. 4.

F*Urnus ſimplex* tres habet partes præcipuas; primo *coniſterium* ſive *cinerarium*; ſecundo *pyriaterium* ſive *focum*; tertio *ergaſterium*, ſive locum, ubi excercetur operatio.

§. 5.

I*Gnis*, qui Chemicorum eſt culter anatomicus & analyſta optimus, varius eſt, videlicet, vel *naturalis*, & dicitur *paraboticus*, & inſtituitur per ſpeculum concavum ſive concham vitream hæmiſphæricam per radios ſolares; alius *artificialis*, qui vel *humidus* eſt, uti in balneo & veſica, vel *ſiccus*, ut in arena, cinere, limatura ferri, furno vitriario, &c:

§. 6.

D*Ividitur* ignis ratione intenſionis & remiſſionis in *quatuor* præcipuos gradus, quorum *primus* eſt leniſſimus, qualis calor ovi ab incubante gallina, vel urinæ recens redditæ, diciturque digeſtivus, circulatotius, & putrefactorius, perficiturque in athanore, & fimo equino; vel in arena & aqua calida. *Secundus* gradus eſt, qui evidenter tactum afficit, ſine læſione tamen, & reſpondet aquæ calidæ, vel radiis ſolis in æſtate, perficiturque per veſicam, arenam & cineres. *Tertius* gradus manifeſte lædit manus, & reſpondet aquæ ferventi. *Quartus* gradus eſt deſtructivus, & dicitur ignis *reverberii*, qui perficitur igne aperto & flamma viva, reſpondetque ferro limato candenti. Sunt tamen & *aliæ ignis differentiæ*: alius enim eſt *actualis*, alius *potentialis*, alius *clauſus*, alius *apertus*, alius *balnei roris* ſive

ve *vaporis*, alius *balnei mariæ*, alius *balnei ſicci*, arenæ, cinerum, limaturæ martis, alius *ſuppreſſionis*, carbonum, ceſpitum, lampadis, fimi equini, ſpiritus vini accenſi, &c:

§. 7.

Menſtruum dicitur liquor, vim habens aliquod corpus ſolvendi, unde vulgari nomine *ſolvens* dicitur. Nomen autem tale nactum eſt ex eo, quod plerunque per menſem Chemicum, qui eſt quadraginta dierum, cum corpore ſolvendo ponatur in digeſtione, quo tempore abſolvitur ſolutio. Non raro etiam *menſtruum* dicitur *pulvis ſiccus*, v. gr. ſulphuris, nitri, ſalis communis, ſalis tartari, &c: quæ tamen melius vocantur *cæmenta*; ſic etiam mercurius vivus eſt ſolvens, isque vel crudus, ut in amalgamatione, vel ſublimatus corroſivius, ut in confectione butyri antimonii.

§. 8.

Omne *menſtruum* eſt vel *univerſale*, alcaheſt vulgo dictum, vel eſt *particulare*; illud fruſtra quærimus, ſed hoc eſt *quadruplex*, primum *aqueum*, quo ſolvuntur corpora ſalina rarioriſque texturæ, v. gr. ſaccharum, vitriolum, ſal commune, &c. ſecundum eſt *ſulphureum & pingue*, quo ſolvuntur corpora ſulphurea & reſinoſa, quemadmodum patet in ſolutione camphoræ cum oleis, myrrhæ cum albumine ovi, &c. tertium eſt *ſalinum*, v. gr. in ſolutione metallorum per aquas fortes & corroſivas. Quartum eſt *ſpirituoſum*, quale ſpiritus vini, &c.

§. 9.

Vaſa chemica ſunt complura, maximæque differentiæ, & ſæpe excogitantur à Chemicis ad diverſas operationes: ſigillatim differunt materia, figura, & magnitudine. *Ratione materiæ*, ſunt vel vitrea, quæ omnium optima, utut fragilia, vel ænea, terrea, ferrea, ſtannea, plumbea. *Ratione figuræ*, ſunt vel rotunda, vel cornuta, cava, roſtrata, ventricoſa, oblonga, depreſſa, lata, anguſta, &c. *Ratione magnitudinis*, ſunt vel alta, vel oblonga, vel humilia,

milia, &c. ſuntque vel ampullæ vel ollæ. *Ampullæ ſpecies* ſunt cucurbita, pellicanus, phiala, recipiens ſive receptaculum, ovum philoſophicum, &c: *Cucurbita*, proprie dicta alembicus & a *Beguino* matracium, alia eſt recti colli, & retinet nomen, habens fundum latum, vel globoſum concavum; alia eſt collo curvo, & vocatur retorta; recta cucurbita ſi ſit minor, dicitur ſeparatoria, ſi major & ex cupro, vocatur veſica. *Operculum* rectæ cucurbitæ dicitur proprie capitellum, vulgo tamen, ſed male, alembicus, quia alembicus eſt nomen cucurbitæ, ſcilet vaſis anguſti colli & fundi capacioris. Eſt autum *operculnm* rectæ cucurbitæ vel turritum, vel inſtar cranii humani, vel cum limbo, vel ſine limbo, quod dicitur *campana*, vel cum, vel ſine roſtro, ſuperius vel parforatum vel imperforatum; *Aludel* eſt capitellum duplicatum, imo triplicatum, & quadruplicatum.

§. 10.

O*Llæ* ſunt vel teretes cum fundo plano, ut catini ſive capellæ; vel ovales, quadratæ, planæ, obliquæ; nonnullæ à fundo ovali, inſtar calicum, in triangulum aſſurgunt, uti crucibula; aliæ ſunt latæ, uti patellæ calcinatoriæ, eæque vel vitreatæ vel non, quædam ſunt fornicatæ, ut tegula fornicata. Pyxis cæmentatoria eſt rotunda & alta; pyramis ſive conus fuſorius eſt formæ mortarii. Ad hanc farraginem pertinent etiam folles, circuli ferrei, quibus vitra reſecantur, pluraque alia, quæ uſu addiſcuntur.

§. 11.

L*Aboratorium* eſt locus ubi Chemici exercent operationes, quod habere debet ſequentia requiſita; *primo*, ut adſit caminus; *ſecundo*, ut locus ſit clarus; *tertio*, ſatis amplus; *quarto*, adſit in vicinia cella & area; *quinto*, adſit anthlia cum aqua; *ſexto*, in propinquo ſit hortus, in quo res fermentandæ infodi poſſunt.

CAPUT III.

De Operationibus Chemicis,

§. 1.

OPerationes Chemicæ in genere ſunt *tres*, ſolutio, coagulatio, & immutatio.

§. 2.

S*Olutio* fit vel calcinatione, vel extractione, vel purificatione.

§. 3.

C*Alcinatio* eſt rei alicujus per ignem pulveriſatio, eſtque præcipue mineralium (interdum tamen etiam calcinantur vegetabilia & animalia, v. gr. herbæ, cornu cervi, bufones, talpæ, putamina ovorum, &c.) ejusque finis eſt calx. Perficitur autem *ſex modis*, qui differunt ratione ſolventis, quod eſt *vel* mercurius, *vel* ſpiritus acidus, *vel* flamma ignis, *vel* pulvis cæmentatorius, *vel* fumus rei exhalantis, *vel* ignis. *Prima ſpecies* calcinationis fit cum mercurio, eſtque metallorum propria, exceptis *ferro & cupro*: verum equidem eſt, quod nonnulli chemici moliantur etiam amalgamationem horum duorum per vitriolum, ſed hæc operatio non meretur nomen *amalgamationis*, ſed *calcinationis* ope vitrioli. *Secunda ſpecies* fit cum ſpiritu aliquo acido, vocaturque *calcinacio immerſiva*, talia ſunt ſpiritus guajaci, vitrioli, nitri, aqua fortis, aqua regia, ſpiritus aceti, ſalis gemmæ, ſalis communis, verbo omne acidum. *Tertia ſpecies* fit cum ſulphure aliquo corrodente, diciturque *cæmentatio & ſtratificatio*. *Quarta ſpecies* fit fumo acri, qualis eſt mercurii, aceti, plumbi, diciturque fumigatio. *Quinta ſpecies* fit igne flammæ, ſive reverberii ita dicti, quia flamma ad latus reverberari debet. *Sexta ſpecies* fit igne aperto ſive nudo, & dicitur incineratio.

 §. 4.

§. 4.

EXtractione corpora in diverſas partes reſolvuntur ; primo *maceratione* in ſpecie ſic dicta, qualis pertinet ad tincturas & eſſentias ; ſecundo *putrefactione* ; tertio *deſtillatione*, quæ eſt vel ad latus circa res eas, quæ fumos emittunt graves ; vel per adſcenſum, ubi vapores ſunt leves ; vel per deſcenſum, ubi vapores ſunt graviſſimi; quarto *ſublimatione*, ubi vapores ſicci aſcendunt ; quinto *filtratione* per chartam, filum, vel linteum ; ſexto *deliquatione*, qua ſalia ope humidi aëris abeunt in liquores ; ſeptimo *rectificatione*, qua partes ſubtiliores & ſpirituoſæ ſeparantur à gravioribus & phlegmate ; octavo *cohobatione*, qua res conjunguntur & uniuntur ; nono *digeſtione* & *circulatione*, qua ſpiritus vel ſublimantur, vel tincturæ & extracta ſeparantur.

§. 5.

COagulatio late Chemicis dicitur operatio, qua diverſa & ſeparata corpora in unum coguntur, poteſtque fieri multis modis, nempe, præcipitatione, reductione, concretione, digeſtione, cohobatione, cryſtallizatione, evaporatione, congelatione.

§. 6.

PRæcipitatio fit, quando liquor aliquis præcipitans affunditur corpori in menſtruo aliquo ſoluto ; ita mercurius vivus in ſpiritu nitri vel aqua forti ſolutus ad fundum præcipitatur diverſimode vel aqua ſalſa, vel oleo tartari, vel ſpiritu ſalis ammoniaci, &c.

§. 7.

REductio dicitur, quando corpus formæ priſtinæ reſtituitur, habetque fere locum in metallis, fitque vel igne fuſorio, vel deſtillando per retortam, vel evaporando, vel præcipitando, præcipue per ſal tartari : ſic reducuntur calces ſaturni ſive plumbi, coral

rallorum, &c. per oleum tartari per deliq. Hæc reductio quoque locum habet in ſpiritibus acidis admixtione alcali, ſic ſpiritus nitri redigi poteſt in nitrum, ſpiritus ſalis in ſal commune, &c.

§. 8.

C*Onсretio* eſt, qua ſalia in aqua cryſtallizantur, quod fit, quando particulæ ſalinæ ſibi invicem in vicinia poſitæ ſe mutuo prehendunt, variarumque figurarum cryſtallos producunt; ſic nitrum producit cryſtallos oblongos, ſal commune cubicos, vitriolum quadratos. Concretionis ſpecies etiam eſt *congelatio* per frigus.

§. 9.

D*Igeſtione* & *circulatione* partes alicujus liquoris penitus uniuntur. Debent autem abſolvi igne primi gradus.

§. 10.

C*Ohobatio* eſt, quando liquor abſtractus reaffunditur capiti mortuo, rurſusque deſtillatur, ut virtus, quæ prima vel ſecunda vice non ſatis fuit extracta, tertia vel quarta vice educatur, uniaturque deſtillato; interdum tamen etiam adhibetur, ut relictum corpus magis figatur; interdum, ut magis depuretur, vel ut aliam texturam & colorem acquirat.

§. 11.

I*Mmutatio* eſt operatio, qua tantum accidentalia quædam circa corpus aliquod mutantur; ut *primo*, quando ſalia per deliquium ſolvuntur; *ſecundo*, quando ſolida fiunt liquida, ut eſt aurum potabile; *tertio*, quando liquida fiunt ſolida, v. gr. ubi mercurius figitur vaporibus plumbi; *quarto*, quando volatile figitur additione acidi, vel contra; *quinto*, quando terræ vitrificantur.

CAPUT. IV.

De Speciebus Chemicis in genere.

§. 1.

S*Pecies Chemica* dicitur id, quod per certas operationes, inſtrumentis legitimis adhibitis, producitur, & alias dicitur *effectus Chemicus.*

§. 2.

S*Pecies Chemica* eſt vel *ſimplex*, vel *compoſita*. *Simplex* vel eſt magiſterium, vel ſecretum, ſive extractum Chemicum.

§. 3.

M*Agiſterium* eſt ſpecies Chemica ex toto corpore citra extractionem parata, impuritatibus tantum externis ſublatis, pertinentque huc *primo*, olea per deliquium facta & aurum potabile; *ſecundo*, magiſteria ſic vulgo dicta, v. gr. corallorum, cornu cervi, item vitriola, pulveres & calces metallorum, item flores & ſublimata, mercurius ſublimatus, bezoardicum minerale, antimonium diaphoret:, &c.

§. 4.

E*Xtractum* ſive ſecretum Chemicum eſt opus, quod e corporea ſecretione ſeparatur, relicta craſſitie elementari, ut ſunt *primo*, deſtillata, aquæ, ſpiritus, olea; *ſecundo* extracta, tincturæ & eſſentiæ; *tertio*, ſublimata, quando totum corpus non ſublimatur; *quarto*, uſta & calcinata, ut cornu cervi, cum & ſine uſtione calcinatum; *quinto*, cremor & cryſtalli tartari.

§. 5.

§. 5.

COmpoſita ſpecies eſt duplex, Elixyr & clyſſus.

§. 6.

ELixyr eſt ſpecies compoſita ex pluribus & diverſis ſimplicibus, ut eſt balſamum ſulphuris ex oleo terebinthinæ, myrrhæ, ſulphre, &c. paratum, vel aqua vitæ compoſita Mathioli, anhaltiua, &c.

§. 7.

CLyſſus eſt opus Chemicum, quando ejusdem rei partes diverſæ, ſeorſim elaboratæ, iterum conjunguntur, ut, quando ſal, ſulphur & mercurius ſeorſim extracto cardui benedicti iterum conjunguntur, & digeſtione in unum corpus rediguntur; evenit tamen ſæpe, ut *clyſſi* nomen abuſive ſumatur, v. gr. in *clyſſo antimonii*, &c.

CAPUT. V.

De ſpeciebus Chymicis particularibus ſive operationibus in ſpecie.

PROCESSUS PRIMUS.

De Amalgatione Auri & Argenti.

NUlla in hujus confectione dexteritas fere requiritur: ſi enim *foliis auri* vel *argenti* commiſceatur tantum *mercurii*, quantum capere poſſunt, illico habetur maſſa inſtar ceræ mollis, quæ dicitur *amalgama* vel *ſolis* vel *lunæ*. Vel ℞. *nummum* vel *aureum* vel *argenteum*; redige illum malleo in laminam tenuem, cui adde *mercurii crudi* partes quinque vel ſex, repone in crucibulo ſuper levem ignem carbonum, ſic brevi nummus conſumetur, & deſinet in amalgama. Vel ſi *nummus* tantum in minutas partes frangatur, & reverberentur il-

læ partes cum ſale communi reverberato, abibunt in calcem minutiſſimam, quæ bene abluta & exſiccata amalagamari poteſt cum *mercurio*.

Uſus.

Finis amalgamationis eſt *primo* calcem parere; *ſecundo* depurare aurum & argentum; *tertio* inſervire mechanicis pro deauratione vel deargentatione.

PROCESSUS SECUNDUS.

De Amalagatione Plambi & Stanni.

℞. L*imaturæ plumbi* vel *ſtanni* partem unam; adde *mercur: crudi* partes iij, ut fiat maſſa mollis inſtar ceræ.

Vel. ℞. *Plumbi* vel *ſtanni* quantum placet; fluat in crucibulo; fluidum effunde in aliud crucibulum frigidum, & poſtea affunde duas vel tres partes *mercurii crudi*, ſic mercurius pervadet totam maſſam plumbi vel ſtanni, facietque amalgama.

Uſus.

Eſt ut ſupra: confer cap. III. §. 3.

PROCESSUS TERTIUS.

De Calcinatione immerſiva Martis.

ACcipe *limaturæ martis* drachmam unam; huic in lagenula vitrea affunde *aquæ fortis* ex *nitri* & *vitrioli* ana p. æq. parati ℥viij. idque guttatim, ne lagena frangatnr: ſic enim emerget magna effervefcentia, ſpiritusque & halitus copioſi avolabunt cum ſpuma & bullis ingruentibus. Poſtquam deſiit effervefcentia, reponatur vitrum per diem & noctem in digeſtione; mane, affuſo pauxillo *aquæ*, ſolutio *martis* in vitro evaporatorio exhalet ad ſiccitatem; ſic in fundo remanebit *calx ferri*, quæ reverberando deponit acrimoniam, & rubicundum acquirit colorem, unde vulgo vocatur *crocus martis aperiens*, ad differentiam *croci martis adſtringentis*.

Uſus.

Inſtar blandi alicujus alcali acidum abſorbendo obſtructones aperit, conducitque in ictero, cardialgia, malo hypochondriaco, & hyſterica paſſione. Doſis eſt à ℈j ad ʒß.

PROCESSUS QUARTUS.

De Præcipitatione Mercurii.

ACcipe *mercurii crudi puriſſimi* ℥j *Aquæ fortis* ex *nitro* & *vitriolo* calcinato paratæ ℥ij committantur lagenæ vitreæ, reponanturque per noctem in digeſtione, donec *mercurius* totaliter fuit ſolutus; tunc, ſi affundas *muriam* ſive *aquam ſalſam*, præcipitabitur *mercurius albus*, qui, ſi aliquoties *aqua pura dulci* abluatur & exſiccetur, reddet *calcem mercurii puriſſimam albeſcentem*; ſi vero prædictam ſolutionem absque deſtillatione & ablutione evapores, habebis *calcem mercurii rubicundam*, ſive *præcipitatum rubrum*, quod, pro lubitu, edulcorari poteſt *aqua* aliqua *deſtillata*. Si autem infuderis s. q. *olei tartari per deliq*: deſcendet *pulvis luteus* cum efferveſcentia, qua ceſſante deſine ab ulteriore affuſione; pulvis vero ſubſidens obluatur ab omni ſalſedine. Si affundas ſolutioni *urinam recentem*, *incarnatum* habebis *præcipitatum*. Si affuderis *ſpiritum ſalis ammoniaci*, habebis *præcipitatum gryſeum*, ſive nigreſcentis coloris.

Uſus.

Præcipitatum album evacuat per vomitrum & ſeceſſum, doſis ad gr. v. vel vj. Idem præſtat *rubrum*, ſed violentius, mitior *luteus*, mitisſimus eſt *nigricans*. Omnes tamen hæ *calces* ſalivationem producere valent, adeoque lui venereæ, maxime appropriatæ ſunt.

PROCESSUS QUINTUS.

De Præcipitatione Oculorum Cancri.

ACcipe *oculorum cancri*, *minutiſſime pulveriſatorum* ℥ß. Affunde *aceti deſtillati* q. s. id eſt, ad ſupereminentiam trium vel quatuor digi-

digitorum tranſverſorum, aut ℥ij vel ℥iij. Ponantur in vitro clauſo ſubere & veſica bubula munito intra arenam tepidam, idque per XXIV horas, tunc decanta *acetum* & filtra per chartam; ſique aliquid manſerit indiſſolutum, ſolvatur novo *aceto*, ut prius; colaturas conjunge, & poſtea inſtilla *oleum tartari per deliq:* donec nihil amplius præcipitetur. Repone tunc vitrum ad quietem, & poſtea decanta liquorem limpidum; coagulo autem albo affunde *aquam puram* & edulcora s. a. Poſtea pulverem exſicca, & habebis *calcem oculorum cancri* ſive *magiſterium*.

Uſus.

Anodynum eſt & conducens in torminibus ventris ab acido oriundis; movet urinas; calculoſis prodeſt. Doſis eſt ad ℈j

PROCESSUS SEXTUS.

De Reverberatione Calcium.

Accipe *calcem mercurii* vel *martis*. Impone crucibulo puro, & repone inter ignem flammæ, ita ut flamma *calcem* lambere poſſit. Reverbera hoc modo in breve tempus, donec videl. *calces* non amplius emittant fumos acres, & rite peracta erit reverberatio. Sæpe etiam chemici *metalla cruda* reverberant, tuncque utuntur peculiaribus fornacibus ad reverberationem extructis, duratque talis reverberatio in multos dies, imo menſes, ſed tædioſa & pretioſa eſt operatio, quali utuntur vitriarii.

Uſus.

Reverberationis eſt calces reddere ſubtiles, eaſdemque depurare ab acrimonia, ſæpe etiam alium colorem conciliare.

PROCESSUS SEPTIMUS.

De Fumigatione Cornu Cervi.

Accipe fruſtum unum vel alterum *cornu cervi*. Impone alembico, quando deſtillantur aquæ herbarum aromaticarum perveſicam,

ſicam, idque per aliquot dies continuos, donec nempe *cornu* evaſit molle, & cortex cultro acuto facile ſeparari poteſt; tunc reponatur *cornu* in locum aliquem ſiccum, ut areſiat, habebisque *cornu cervi philoſophice præparatum.*

Uſus

Eſt inſignis in morbis malignis pro ſudorifero, nec non contra vermes inteſtinorum, præſertim ſi ſpecifica addantur alia. Doſis eſt ad ʒß.

PROCESSUS OCTAVUS.

De Cæmentatione Antimonii.

ACcipe *antimonii crudi* minutiſſime pulveriſati ℥ij. *nitri* pulveriſati tantundem. Miſce accuratiſſime; tunc reponatur mortarium ferreum ſub camino, vel aëre aperto in latus; imponatur mortario hujus maſſæ præterpropter ℥j; hanc pruna accende, & fiet deflagratio; denuo novam quantitatem adde & ſic continua, donec tota maſſa fuerit conſumpta, agitando diligenter ſpatula ferrea, ut tota maſſa bene calcinetur. Extincto igne, & refrigerata maſſa, reperietur *hepar antimonii*, eſtque nihil aliud, quam *calx antimonii per nitrum cæmentata.* Pulveriſetur maſſa & cribretur, porroque coquatur cum *aqua pura*; huic aquæ decantatæ inſtilletur *acetum vini*, & ſubtiliſſima pars *antimonii* præcipitabitur, quæ edulcoretur *aquâ purâ*, & habebis *crocum metallorum* magni uſus, longe præſtantiorem & tutiorem *helleboro* decantato veterum.

Uſus.

Purgat per ſuperiora & inferiora & quidem per ſe ſolos humores bilioſos, unde jure merito bilioſorum panacæa dicitur; ſed diligenter cavendum, ne exhibeatur hominibns debilibus & deploratis. Doſis eſt ad gr. x in infuſo vino ad ℥ij, ſed infuſum debet colari & tunc addi poteſt ſyrupus violarum ad ℥ß; ſic habebis aquam benedictam Rulandi.

PROCESSUS NONUS.

De incineratione plumbi.

ACcipe *plumbi* ℔j vel ij. Tradatur patellæ terreæ non vitreatæ, & reponatur inter carbones bene accenſos, ut fluat inſtar aquæ, quo facto perpetuo agita ſpatula ferrea, donec totum abierit in cineres, nec quicquam fluidi amplius conſpiciatur; & reperies pulverem *ſubviridem*; ſi vero diutius continuetur calcinatio, pulvis habebitur *flavus*; ſi adhuc per horas v vel vi detineatur in igne, perpetuo agitando, pulvis fiet *corallinus*, qui venit nomine *minii* in pharmacopoliis, ſed nihil aliud eſt, quam *calx plumbi* paulo diutius reverberata.

Uſus.

Eſt ſolummodo externus; refrigerat, ſiccat & adſtringit; inſervit pro confectione ſacchari ſaturni, nec non pro ſublimatione mercurii ſaturni.

PROCSSUS DECIMUS.

De Analyſi Aceti.

ACcipe *aceti vini acerrimi* ℥xx; deſtilla ex cucurbita humili in MB. donec ſubſtantia picea in fundo cucurbitæ relinquatur; prima pars quarta prodiens dicitur vulgo *phlegma aceti*; reſiduæ tres partes vocantur *fæces aceti*, ex quibus extrahitur, cum *aqua calida*, *ſal aceti*, quod nihil aliud eſt quam *tartarus crudus*; *aqua rubra* à *tartaro* decantata; filtrata & evaporata ſuppeditat ſubſtantiam oleoſam, quæ eſt *ſulphur fixum aceti*. Atque hæc eſt tota anatomia *aceti*.

Uſus.

Spiritus *aceti* interne diverſimode operatur, prout varia invenerit in corpore ſalia, aliquando attenuat & ſudores movet, aliquando in-

incraſſat. Doſis ad ʒij vel iij. Porro varii uſus eſt in operationibus chemicis, v. gr. confectione ſacchari ſaturni, tincturæ veneris, &c.

PROCESSUS UNDECIMUS.

De Confectione Sacchari Saturni.

ACcipe *calcis plumbi*, ſola agitatione (ut ſupra dictum) ſine additione præparati ℥iv. Affunde *aceti deſtillati* ℥vj; digere in cucurbita vitrea per octiduum, tunc *acetum* dulcificatum erit, quod filtrandum per chartam, & in arena in vitro lati orificii evaporandum ad quartæ partis remanentiam; tunc remove ignem, & liquor per noctem refrigeretur in patina ſtannea fumo ſulphuris obducta, ſic concreſcent cryſtalli oblongi ſplendentes, qui conſtituunt *ſaccharum ſaturni*, quia dulces ſunt, dicuntur etiam *magiſterium* & *ſal ſaturni.*

Uſus.

Refrigerat, ſiccat, adſtringit, repellit egregie in inflammationum principiis & contuſionibus, quapropter commode ingreditur collyria contra ophthalmiam. Interne quidem etiam exhibetur contra inflammationes & morbos ardentes, ſed tamen magna copia vel ſæpe non debet uſurpari, ne producat artuum tremores, paralyſin vel alium gravem morbum. Doſis interne ad *gr.* v.

Nota. Quod eodem modo *ſaccharum* confici poſſit ex *ceruſſa* (Belgice Schelpwit) *minio*, *lithargirio aureo.*

PROCESSUS DUODECIMUS.

De Turpetho Minerali.

ACcipe *mercurii vivi* ℥j *olei vitrioli fortiſſimi* ℥ij, mixta, in arena vehementiore igne ebulliant, donec omne *oleum* fuerit evaporatum, augeatur tunc ignis, ut inferius candeat, ſic omnis *mercurius* non rite calcinatus avolat. In fundo remanens maſſa albicans

 pulve-

pulveriſetur & edulcoretur in s. q. *aquæ pulvialis:* ſic enim habebitur pulvis citrini coloris ad uſum ſervandus.

Uſus.

Salivationi producendæ inſervit, vomitum ciet & alvum. Si autem *ſpiritu vini tartariſato* ſubtiliſſimo digeratur per aliquot dies, deinde ſpiritus accenſione deflagret, tunc benignius per ſudores & alvum operatur. Doſis à *gr.* ij ad viij. in *diaſcordio* vel *theriaca.*

PROCESSUS DECIMUS TERTIUS

De Regulo Antimonii Rubro.

ACcipe *antimonii crudi* ℥ij *ſalis communis decrepitati* ℥j *nitri* ℥ij. Miſc: & liquefiant in crucibulo, poſtquam detonuerit maſſa, donec inſtar ceræ fluat per horam integram, refrigeratis poſtea omnibus, crucibulum frangatur, & reperietur *antimonium* inſtar vitri nigricantis, ſeparatum à ſalibus ſuperincumbentibus, quod facile abit in pulverem rubro-purpureum, uſui ſervandum.

Uſus.

Vomitorium præbet lene ſimul & purgans cum in ſubſtantia (ſed rarius) tum in infuſo. Doſis in ſubſtantia eſt ad *gr.* v. vel vj in s. q. *conſervæ roſarum;* aſt in infuſo ad ʒß in *vini* ℥ij. Sed colatura debet præcedere, quemadmodum dictum de *croco metallorum.*

PROCESSUS DECIMUS QUARTUS

De aqua Spirituoſa Cochleariæ.

ACcipe *Herbæ cochleariæ recentis cum toto* Manipulos x. conſcindatur leviter; huic, nulla maceratione prævia, affunde *vini gallici generoſi* pintas tres, *ſalis tartari* drachmas duas. Fiat deſtillatio in MB. donec circiter pintæ duæ & ſemis prodierint. *Uſus.*

Uſus.

Scorbutica eſt inſignis; flatus egregrie diſcutit. Doſis ad cochlearia duo, bis vel ter de die cum vino canarienſi, vel aqua ſpirituoſa alia conveniente.

PROCESSUS DECIMUS QUINTUS

De Oleis Stillatitiis.

ACcippe *ſeminis fœniculi*, groſſo modo concluſi, libras vj. *ſalis communis* manipulos quatuor, *tartari crudi* ℥iv *aquæ pluvialis* libras xxx. macerentur ſimul per ſex vel octo dies, deinde deſtillentur ex veſica. Tamdiu liquorem abſtrahe, donec nullum oleum in ſuperficie appareat. Tunc aquas omnes deſtillatas ita ſepara per tritorium, ut *oleum* ſupernatans & *aqua* ſeorſim ſervari poſſint.

Nota, quod ſeparatio *olei* etiam perfici poſſit cum panno aqua humactato, ita ut ſimul & ſemel deſtillatio fieri poſſit & ſeparatio *olei* & *aquæ.*

Uſus.

Flatus diſcutit; colicæ paſſioni ab humore viſcido oriundæ inſervit. Doſis olei a *guttis* iij ad xvj. in vehiculo conveniente.

PROCESSUS DECIMUS SEXTUS

De oleo & aqua Spirituoſa Caſſiæ Ligneæ.

ACcipe *Caſſiæ ligneæ* ℔iv *Sachari albi* ℔j *ſalis communis* ℔ß *aquæ calentis* lib: xxx *fœcum cereviſiæ* cochlearia duo: fermentur ſimul per tres ſeptimanas, vel eouſque, donec viſcoſa aquæ conſiſtentia perierit; tunc deſtilla per veſicam ſ. a. uſquedum albeſcens *aqua* ceſſet: *oleum* poſt ſecundum diem reperietur in fundo aquæ, quod, mediante tritorio, ſeparandum eſt.

Uſus.

Cardiacum eſt gratiſſimi odoris & ſaporis, & propemodum convenit *oleum* & *aqua* prædictæ *caſſiæ ligneæ* cum *oleo* & *aqua cinnamomi veri.* Doſis *olei* eſt ad *guttas* III vel IV cum pauxillo *ſacchari*, convenienti vehiculo mixti; *aquæ* vero ad ℔ß.

PROCESSUS DECIMUS SEPTIMUS

De Aqua Forti.

ACcipe *vitrioli calcinati* & *nitri puri* aa p. æq. pulveriſentur ſeorſim minutiſſime, poſtea exacte miſce & trade retortæ terreæ firmæ & loricatæ; annecte recipiens amplum & deſtilla per XXIV horas: ita enim habebis *aquam fortem* penetrantiſſimam, quæ tamen rectificatione redditur melior & efficacior.

Alii ita pocedunt: Accipe *vitrioli* exſiccati per calcinationem partes tres, *nitri* partes duas. Deſtillentur, ut artis eſt, leni primum igne, poſtea aucto ad quartum uſque gradum.

Uſus.

Menſtruum eſt vulgare pro ſolvendis omnibus metallis, excepto auro, quod tamen ſolves, ſi rectifices prædictam aquam ſuper *ſale gemmæ*, *ſale communi*, vel *ammoniaco*, & tunc dicitur *aqua regia*, quia ſolvit regem metallorum, nempe aurum.

PROCESSUS DECIMUS OCTAVUS.

De Oxyſaccharo Vomitivo Angeli Salæ.

ACcipe *vitri antimonii ſubtiliſſime pulveriſati* ℥ß *aceti vini optimi* ℥viij, Miſce; ſtent per noctem in digeſtione, poſtea fiat colatura per pannum. Colaturæ adde *ſacchari* albiſſimi ℥iv vel vi. redigatur in olla vitreata ad conſiſtentiam ſyrupi craſſioris.

Uſus.

Uſus.

Purgat per ſuperiora & inferiora, eſtque medicamentum gratiſſimum, ita ut vel ipſis pueris propinari poſſit. Doſis eſt a ℨvj ad ℨx.

PROCESSUS DECIMUS NONUS

De Antimonio Diaphoretico.

Accipe *antimonii crudi* ℥ij *nitri puriſs:* ℥vj. contundantur & miſceantur, poſtea maſſa ſucceſſive detonet, & poſt detonationem detineatur materia in igne per aliquod tempus, ſique omne *antimonium* nondum rite fuerit ab *nitro* ſolutum, nova pars *nitri* addenda, eſt & detonatio repetenda; tandem maſſa eſt rite abluenda in ſ. q. *aquæ puræ* tepentis, poſtea pulvis ſ. à lente in umbra exſiccetur: nam, ſi ſubito ad ignem ſiccetur, flaveſcit.

Uſus.

Sudores movet per ſe ſatis ſegniter, ſed vegete, ſi ipſi addantur ſalia fixa alcalia, *crocus* & *theriaca*. Doſis ad ℨj.

PROCESSUS VIGESIMUS.

De Eſſentia Ambræ Gryſeæ.

Accipe *ambræ gryſeæ* ℨj *moſchi orientalis* ℈j pulveriſenter ſimul, poſtea adde *arenæ puræ* & ſubtilis ℨß vel ℨj, ponantur in matracio, iiſque ſuperaffundatur *ſpiritus vini rectificatiſſimus* ad ℥iij. Sigilletur matracium hermetice, & reponatur in digeſtione MB per octo dies, aliquando agitando, ut ſolutio melius procedat. Facta ſolutione eſſentia eſt perfecta, quæ ab fœcibus ſparanda.

Uſus.

Pretioſum eſt cardiacum odoriferum, interni pariter ac externi uſus. Doſis eſt *gutta* una vel altera cum convenienti vehiculo.

PRO-

PROSESSUS VEGESIMUS PRIMUS.

De Tinctura Martis Aperiente.

ACcipe *cryſtallorum tartari* ℥viij. *Linimaturæ martis* ℥iij, *Aq: communis* q. ſ. coquantur per tres vel quatuor horas, continuo maſſam ſpetula agitando & novam *aquam* ferventem in locum evaporatæ ſubſtituendo, donec ſufficienter ſit colorata, tunc evaporetur ad ſiccitatem, caute ſub finem procedendo, ne maſſa aduratur; tunc pro *tinctura* conficienda, accipe *maſſæ hujus* ℥iij *ſpiritus vini optimi* ℥viij vel x digerantur ſimul in MB per biduum. Deinde clarum a ſpiſſo ſeparetur ad uſum.

Uſus.

Inſigniter aperit obſtructiones partinaces, vermeſque inteſtinorum necat. Doſis ad gutt: xxx vel XL in vehiculo conveniente.

PROCESSUS VEGESIMUS SECUNDUS.

De Tinctura Antimonii.

℞. MInerae *antimonii* libram, *ſalis tartari* libras duas, detineantur (pulveriſatione & mixtione peractis) in igne vehementi per tres vel quatuor horas; poſtea refrigeratæ maſſæ, fracto crucibulo, affunde *ſpiritum vini tartariſatum* ad ſupereminentiam quatuor digitorum tranſverſorum, digerantur ſimul per aliquot dies, donec inſtar ſanguinis rubicunda evaſerit tinctura, quæ ſeparanda eſt ad uſum.

Uſus.

Sanginem purificat; obſtructiones pertinaces ſolvit; ſudorifera eſt, & diuretica. Doſis ad gutt: xx in vehiculo conveniente.

PRO-

PROCESSUS VIGESIMUS TERTIUS

De Tinctura Metallorum.

ACcipe *reguli antimonii martialis* ℥ij *cupri rubic: ſtanni anglici* aa ℥j. Fundantur ſimul ſtrenuo igne in furno fuſorio, ita ut *cuprum* totaliter diſpareat, *regulu*ſque interne exornatus ſit flammulis cupreis, vel donec optime inter ſe coëant; tunc effundantur ſ. a. in conum fuſorium, & habebis *regulum*, cujus accipe ℥j, *nitri puriſſimi* ℥xij. Terantur & miſceantur, poſtea ſucceſſive crucibulo candenti committantur, cavendo tibi, ne plus juſto ſimul injicias: nam alias maſſa tua feretur extra crucibulum; tandem maſſa tua ubi virorem contraxerit, operatio eſt peracta.

Omnibus refrigeratis, maſſa redigatur in pulverem, eique affunde *alcohol vini* ℥xx. Stent in digeſtione per aliquot dies, ſic habebis *tincturam* ſanguinis inſtar rubicundam.

Uſus.

Efficaciter obſtructiones reſerat, materiamque peccantem per diaphoreſin & diureſin educit. Doſis eſt ad *gutt*: xxx in vehiculo appropriato.

PROCESSUS VIGESIMUS QUARTUS.

De Regulo Antimonii Martiali.

ACcipe *chalybis optimi*, qualis heberi poteſt ex limis vel clavis equinis, &c. ℥ij tradantur crucibulo inter prunas poſito, ut optime igniantur; poſtea adde *antimonii crudi* pulveriſati ℥iv. Tegatur crucibulum tegula, & ita relinquatur in igne probe accenſo per dimidiam horam; ſic *ferrum* cum *antimonio* liqueſcet & fluet inſtar aquæ, tunc injice *nitri* pulveriſati ℥j, ſic *regulus* optime fundum crucibuli petet; remove tunc crucibulum ab igne, ut refrigeretur, continuo pulſando crucibulum ferreo quodam ſtylo vel bacillo; ita invenies,

fracto crucibulo *regulum antimonii martialem*, qui in ſuperficie aliquando ſtellatus eſt.

Uſus.

Inſervit chymicis pro diverſis arcanis elaborandis, imprimis hic *regulus* cum *mercurio ſublimato corroſivo* deſtillatur ad *butyrum martialem* conficiendum, ex quo poſtea *bezoardicum martiale* paratur. Uſurpatur etiam pro meliorando vel potius adulterando ſtanno v. gr.

Accipe *ſtanni anglici* ℔j. *reguli antimonii martialis* ℥j vel iij *cupri* ʒij vel iij. Fundantur ſimul in maſſam, ex qua utenſilia quævis parari poſſunt quaſi argentea.

PROCESSUS VIGESIMUS QUINTUS.

De Tinctura Veneris.

Accipe *limaturæ veneris* ℔j *ſalis ammoniaci* ℔ß Mixta detineantur in aere intra ollam, ut fere diffluant, viridemque colorem deponant, tunc retortæ impone, & ex arena primo liquorem evoca, ulteriori poſtea igne *flores ſalis ammoniaci*, ſubtiliore *cupri* parte imprægnati, aſcendunt, qui, fracta retorta, eximendi, & in *aqua, ſale tartari* imprægnata, præcipitandi. Pulvis ſubſidens leviter eluatur, dein exſiccetur, eique affundatur menſtruum e duabus partibus *ſpiritus vini* rectificatiſſimi, & una parte *ſpiritus ſalis ammoniaci* optimi præparatum, digerantur in phiala arctiſſime clauſa in MB. per aliquot dies, tunc tincturam ſepara.

Uſus.

Antepileptica eſt, obſtructiones ſolvit, vermes necat, gonorrhææ conducit. Doſis eſt ad *gutt*: x. eſt etiam externe ophthalmica, ſi miſceatur aquis.

PRO-

PROCESSUS VIGESIMUS SEXTUS.

De Aqua Regia.

ACcipe *ſalis ammoniaci* ℥ß, *nitri* & *vitrioli* calcinati aa. ℥ij. Contrita miſceantur, & ex retorta vitrea deſtillentur ad ſiccitatem; ſic habebis aquam penetrantiſſimam, quæ in vaſe optime clauſo ſervari debet.

Uſus.

Eſt ſingulare menſtruum pro ſolvendo auro, quapropter dicitur *aqua philoſophorum* & *chryſolea*, vel *Chryſulca.*

PROCESSUS VIGESIMUS SEPTIMUS.

De Pulvere Tonitruali.

ACcipe *nitri optimi* ℥iij, *ſalis tartari* puriſſimi ʒiß *ſulphuris* communis ʒi M. redigatur in pulverem ſubtiliſſimum, ſervandum in phiala accurate clauſa, ne ſolvatur per deliquium.

Uſus.

Experimentum eſt delectamenti gratia: ſi enim nummo paulo majori quantitas ejus imponatur ſuper carbone vivo, fragorem edit inſtar bombardæ.

PROCESSUS VIGESIMUS OCTAVUS.

De Bezoardico Minerali.

ACcipe *butyri antimonii glacialis* q. pl. huic affunde guttatim, & caute, ne vitrum ebullitione & fervore frangatur, in cucurbita anguſti colli ſed inferius capaciore, *ſpiritum nitri* rectificatum q. s.

hoc eſt quamdiu efferveſcit; repone vitrum in digeſtione per noctem, diligenter clauſum, ſic *totum butyrum* ſolvetur in liquorem rubrum. Solutionem deſtilla ex retorta vitrea in arena, igne ſecundi gradus ad ſiccitatem usque; retorta refrigerata, reaffunde *ſpiritum* novum deſtillatum, & denuo deſtilla ad ſiccitatem; hoc tertia vice repete, & tandem reperies pulverem albiſſimum valde corroſivum, quem in mortario vitreo ſubtiliorem reddes terendo; poſtea eum in crucibulo puro leniter ſuper carbones accenſos reverbera, donec non amplius exhalet vapor corroſivus; ſed diligenter cavendum, ne comburatur & nigredinem contrahat, quapropter ſedulo ſtylo ferreo movenda & agitanda eſt maſſa. Sic habebis pulverem ſubflavum, qui tractu temporis albus evadit; vocatur *bezoardicum minerale*, quod Helmontius magnorum morborum remedium eſſe pronunciavit.

Nota, quod ſi huic pulveri affundatur *ſpiritus vini rectificatus* & deſtillatione hic abſtrahatur, potentius evadat & tutius medicamentum.

Uſus.

Inſtar blandi alicujus alcali humorum acrimoniam acidam concentrat, dolores mitigat, ſudores movet, hydropi conducit, ut & febribus omnbus. Doſis eſt ad ℈j.

PROCESSUS VIGESIMUS NONUS.

De Mercurio Vitæ.

ACcipe *aquæ puræ* q. ſ. In hanc inſtilla *butyrum antimonii liquidum*; ſic videbis totam aquam lacteo colore tingi. Repone vitrum ad quietem, donec aqua facta fuerit limpida, quam decanta & ſerva. Coagulo albo relicto affunde aliquoties novam *aquam*, & eandem ſemper ſerva. Tandem ſuper chartam exſicca pulverem, qui erit albiſſimus; vocatur *Algoret* & *mercurius vitæ*, quamvis rectius dici poſſet *antimonium vitæ*, quia eſt *purum antimonium*, & fundi poteſt in *vitrum antimonii pellucidum*, quod *ſuccinum antimonii* vocatur.

PROCESSUS TRIGESIMUS.

De Butyro Antimonii.

ACcipe *antimonii cruli* ℥viij *mercurii ſublimati corroſivi* ℔j. Pulveriſata miſceantur exacte, & tradantur retortæ vitreæ; poſtea fiat deſtillatio in arena per gradus aſcendendo: ſic enim prodibit primo *butyrum liquidum*, poſtea *glaciale*, quod adhærebit collo retortæ, quod eousque excipiendum, donec flavum acquirit colorem; tunc admovenda eſt collo retortæ pruna, ut butyrum liquefiat, & in recipiens depluat, tandem rectificari poteſt pro lubitu.

Nota, quod ante deſtillationem maſſa *mercurii* & *antimonii* detineri debeat aliquandiu in cella: ſic enim liquidius erit *butyrum*. Fæces per retortam terream ſublimandæ conſtituunt *cinnabarin antimonii.*

Uſus.

Butyrum per ſe cauſticum eſt, & valde corroſivum. Apud chemicos varium habet uſum: ſæpe enim inſervit pro menſtruo, ſed plerunque præparatur pro confectione bezoardici mineralis & mercurii vitæ.

PROCESSUS TRICESIMUS PRIMUS.

De Fixatione Arſenici.

ACcipe *ſalis mirabilis Glauberi* ℥iv. *arſenici cryſtallizati* ℥ß. Terantur exacte inter ſe, & committantur crucibulo forti, ut igni exponantur, donec fluant per horam unam vel duas; poſtea maſſam ſ. a. *aqua pluviali* edulcora; exſicca, & ter operationem repete.

Nota, quod caute defendere debeas *arſenicum* tuum ab libero aëris contactu, quia ſucceſſu remporis arſenicum ex aëre revertitur corroſivum.

Uſus.

Inſervit cancro curando, nec non ſcrophulis & excreſcentiis multiplicibus.

PROCESSUS TRICESIMUS SECUNDUS.

De Aqua Alhadid Paracelſi.

ACcipe *limaturæ martis* q. pl. Expone aëri nocturno humido, vel repone in cellam; poſtea ex cucurbita ſ. a. cum ſ. q. aquæ pluvialis deſtilla, & prodibit pauxillum aquæ valde urinoſæ. Limaturam, ut ante, aëri nocturno, &c. exponas, & procede, ut ſupra, donec ſ. q. liquoris obtinueris.

Uſus.

Hic liquor eſt ſecretum contra anginam; inſuper dolores podagricos potenter ſedat externe adhibitus.

PROCESSUS TRICESIMUS TERTIUS.

De Balſamo Italico.

ACcipe *olei terebinthinæ* ℥iv *olei olivarum* ℥xij *olei laurini* ℥x *olei juniperi, olei ſpicæ, olei petræ, olei hyperici* aa. ℥j *ceræ citrinæ* ℥iv. M. & in MB liquefiant exacte agitando, ſeparatis per colatorium fæcibus. Balſamum hoc tingi poteſt *ligno ſantalo* ſubtiliſſime pulveriſato pro lubitu.

Uſus.

Affectibus nervorum & tendinum ſummopere conducit, & vulnerarium eſt inſigne.

ALIO MODO IDEM.

ACcipe *olibani, myrrhæ, aloës, maſtiches, ſarcocollæ* aa ℥ij *colophoniæ, terebinthinæ venetæ* aa ℥j, *axungiæ porcinæ* ℥iß *axungiæ humanæ* ℥ß *ſtyrac: calamitæ, benzoës* aa ʒij, *olei hyperici* ℔ij *olei petræ*

ʒj *olei ſpicæ* ℥ß *ceræ flavæ* ℥iv. Collocetur cucurbita vitrea, annullo ferreo vel plumbeo inferius munita, in MB. Gummata in pulverem redacta primo cucurbitæ tradi debent, tunc adde *oleum hyperici*, & ab initio agita continuo, mediante ſpatula ferrea: ſecus enim *gummata* aduruntur, nec cum *oleis* coëunt, tunc adde *terebinthinam venetam* atque *axungiam porci*, & ubi obſervaveris *gummata* præterpropter eſſe ſoluta, adde *ceram*, quæ ſimulac fuerit diſſoluta, filtrentur omnia calide per linteum rarum, & quando balſamum inſpiſſari incipit, addendum eſt *oleum petræ* & *ſpicæ*.

Hoc balſamum ſolet eſſe ſpadicei coloris, ſed rubicundum reddi poteſt *ſantalo rubro*, ut ſupra.

Uſus.

Præter uſus ſupra allegatos, interne conducit vulneribus quibuſvis. Doſis eſt ad magnitudinem nucis moſchatæ.

PROCESSUS TRIGESIMUS QUARTUS.

De Vernicibus.

Accipe *olei lini* ℔j. *Lithargyrii optimi aurei* pulveriſati ʒvj. Macerentur, vel potius inſolentur in vaſe plumbeo aperto per aliquot ſeptimanas, donec plane limpidum & clarum evaſerit oleum, cruſta in ſuperficie apparente.

ALIO MODO.

Accipe *olei lini* ℔j. Coquatur, donec ſpuma diſpareat, tunc ſucceſſive injice fruſta aliquot *panis* exigua: ita enim magna quantitas ſpumæ apparebit. Poſtea remotis fruſtulis aduſtis adde *calcis plumbi ſicci* dragmas duas vel tres, & tunc remove ab igne, ut frigeſiat *oleum.*

Uſus.

Inſervit pigmentis obducendis, nitoremque inſignem conciliat.

Ver-

Vernix e *Succino.*

ACcipe *fragmentorum ſuccini*, quantum vis. Liquefiant eouſque in retorta vitrea, ut ſal volatile aſcendat, tunc frigefacta vertantur in pulverem, qui tribus partibus *olei* immediate præcedentis inſpergatur. Coquantur ſimul in MB per horam unam, & tunc addatur *vitrioli albi* leviter calcinati dragma una vel altera. *Oleum* frigefactum nigricantis coloris dicitur *vernix* cujus

Uſus

Eſt ad obducenda ſuppellectilia lignea varia.

Vernix de *Gummi Copal.*

ACcipe *terebinth. venetæ* ℥ij *gummi copal lucidi* ℥j coquantur ſimul in ſ. q. *olei lini*, donec conſiſtentiam fragilem acquiſiverint, maſſa plane tranſparente. Tunc accipe *hujus maſſæ* ℥j *olei terebinthinæ opt.* ℥iij. coq: in MB per horam ſemis, dein adde *vitrioli albi calcinati* ℈ij. ſubſidant ad fundum, & ſeparentur clara ab fæcibus.

Vernix Japonica.

ACcipe *gummi laccæ depuratæ* ℥j *ſpiritus vini optime rectificati* ℥ij. Conteratur gummi in ſubtiliſſimum pulverem, & optime agitetur cum *ſpiritu vini rectificato* prima hora ter vel quater, dein ſingulis duabus vel tribus horis, ne materia coaleſcat, tertio die ad uſum citiſſime coletur per pannum, & arctiſſime in clauſo vitro ſervetur.

Si colorata expetatut hæc vernix ad rubrum, adde *ſanguinem draconis* rite pulveriſatum, vel *ſantalum rubrum*, *cocuem*, &c. ad aureum vero & flavum adde *crocum*, *curcumam*, *aloën*, &c: ut autem colores amæniores appareant, *folia metallica* ſubſternantur pro lubitu.

Ver-

Vernix de Maſtiche.

ACcipe *Maſtiches elect:* ℥ß. *olei ſubtilioris terebinth.* ℥ij *cretæ calcinatæ* ʒj. Committantur omnia cucurbitæ vitreæ in MB per horam, ſupernatans limpidus liquor poſtea decantetur, ſervandus in vitro clauſo.

Uſus

Idem, qui ſuperius fuit propoſitus, & præſertim inſervit pigmentis obducendis & ab aëris injuriis ſervandis.

PROCESSUS TRIGESIMUS QUINTUS.

De Oleo Sarcotico.

ACcipe *olei lini* ℥ij *olei ceræ; balſami craſſioris olei hyperici* aa ʒiij *Sarcocollæ* ℈iv *aloës* ℈ij *camphoræ* ʒß *ſacch. ſaturni* ʒi. M. digerantur in fimo equino per XIV dies. Colatura poſtmodum uſui ſervetur.

Uſus.

Vulnera quæcunque recentia & mundificata citiſſime conſolidat.

PROCESSUS TRIGESIMUS SEXTUS.

De Pomo Ambræ.

ACcipe *radicum irid: florent: carioph: macis electi, cinamomi* aa. ℥ß *ligni aloës, ſantali citrini, ſtyracis calamitæ, benzoës,* aa ℥ij *ambræ grys:* ʒj *moſch:* ʒß *bals: peruv: ol: lign: rhod:* aa ℈j, omnibus diligenter mixtis & unitis adde *ambræ gryſeæ* ʒj *zibethi* ℈j *moſch: bals: peruv:* aa ʒß *olei ligni rhodii, olei cinnamomi, olei cariophyllorum* aa ℈j f. ſ. a. pomum ambræ vel ſimplex vel multiplex.

PROCESSUS TRICESIMUS SEPTIMUS.

De Sapone Odorato.

ACcipe *ſaponis veneti in aqua liliorum alborum ſoluti* ℔j. *radicum iridis florentinæ* ℥j *ſtyracis calamitæ*, *benzoës* aa ℥ß, *ligni aloës*, *ſantali citrini* aa ʒij *ambræ griſeæ*, *zibethi* aa ʒ *moſchi*, *balſami peruviani* aa ʒß *olei ligni rhodii*, *cinnamomi*, *cariophyllorum* aa ℈j Miſce exacte & pro lubitu formentur globi majores vel minores.

Uſus Pomi Ambræ & Saponis Odorati.

Pomum ambræ refocillat vires ſuo odore grato, ſed fæminis infeſtum eſſe ſolet propter ſuaveolentia, in quorum locum fœtida ſubſtitui poſſunt v. gr. *caſtoreum*, *galbanum*, *aſſa fœtida*, &c. tuncque conducit & paſſioni hyſtericæ & apoplexiæ, morbisque cæteris ſoporoſis.

Sapo vero odoratus partim mundificationi partium corporis, partim odori grato inſervit.

PROSESSUS TRIGESIMUS OCTAVUS.

De Tartaro Emetico.

ACcipe *vitri antimonii pulveriſati optimi* ℥j *nitri optimi* ℥ß Miſce accurate, & per vices mitte in crucibulum ignitum, ut probe candefiat, poſtea maſſam flavam adhuc calentem exime, cui refrigeratæ & pulveriſatæ adde *ſalis tartari* ℥ij *aquæ puræ* ℥xx. Coquantur in vaſe fictili vitreato ad conſumptionem aquæ, continuo ſpatula lignea agitando, ne inter coquendum ex olla rejiciatur: evaporata aqua, maſſam flavam ſolve denuo *aqua pura* calida, filtra per chartam, colaturam in vitro evapora ad ſiccitatem, tunc adde *ſpiritus vitrioli* q. ſ. Hoc eſt, quamdiu efferveſcit, tunc ſicca & ſerva ad uſum.

Uſus.

Uſus.

Blande movet vomitum, eſtque medicamentum ſecretum contra plurimos morbos. Doſis a ℈ß *ad* ʒß *&* ℈ij.

PROCESSUS TRIGESIMUS NONUS.

De Vitro Antimonii.

ACcipe *mercurii vitæ* q. pl: committe crucibulo, & funde valido igne, quando ſatis fuerit maſſa fuſa, effundatur ſuper laminam cupream, ſique non ſatis fuerit pellucida, iterum conteratur & fundatur, ſic obtinebitur vitrum pellucidum ex flavo rubicundum.

Uſus.

Vomitum movet ſi infundatur in ſ. q. vini v. gr. ℥ij. pro doſi.

PROCESSUS QUADRAGESIMUS.

De Sale Volatili Oleoſo & Aromatico.

ACcipe *herbæ menthæ, majoranæ, lavendulæ, thymi, foliorum lauri* aa. M. iß *matricariæ, tanaceti* aa M. j *meliſſæ, roſmarin:* aa Mij conſcindantur, iiſque in cucurbita vitrea adde *ſpiritus vini optimi* ℔ij *ſalis ammoniaci* pulverſiſati ℥vj *ſalis tartari* vel *cinerum clavellatorum* ℥xij. Digerantur per duos dies, poſtea lento igne deſtilla, ſic accipies *ſpiritum* valde oleoſum & aromaticum una cum *floribus ſalis ammoniaci.* Vel

Accipe *Cinnamomi acuti* ℥vj *macis* ℥ij *cariophi: aromaticorum* ℥ß *cardomomi* ʒvj *ſeminis fœniculi* ʒx *cubebarum*, ʒvj. *herbæ menthæ* M.iij *meliſſæ* M.ij. *corticum citri* ex pomis octo vel decem, *corticum pomorum chinenſium* & *aurantiorum* ex pomis ſex aa, affunde *ſpiritus vini optimi* ſtopas duas, *ſalis ammoniaci* ℥vj *ſalis tartari* vel *cinerum clavellatorum* ℥xij, digerantur per diem & noctem, po-

ſtea deſtillentur ſ. a. ex cucurbita vitrea, uſquedum albeſcentes depluant guttulæ.

Uſus.

Utrumque hoc ſal volatile cardiacum eſt & ſtomachicum, cephalicum, nervinum multiſque mortis proficuum gratiſſimi ſaporis & odoris.

PROCESSUS QUADRAGESIMUS PRIMUS.

De aqua vitæ Gratiſſima.

ACcipe *cinnamomi acuti* ℥iiß *cariophyllorum aromaticorum* ʒj *macis* ʒiß *cardamomi minoris* ℈iv *galangæ minoris, coriandri, cubebarum* aa ℈ij *corticum citri exteriorum* ex pomis octo; affunde *ſpiritus vini* ſtopam unam & ſemis, digere, donec virtus rite fuerit extracta, tunc clarum ſeparetur a fœcibus, cui addi poteſt pro lubitu *ſaccharum album* vel *ſyrupus albus* ad gratam dulcedinem.

Uſus.

Stomachicum & cardiacum eſt inſigne flatuſque diſcutit.

PROCESSUS QUADRAGESIMUS SECUNDUS.

De Deauratione Argenti.

ACcipe ſolutionis *auri in aqua regia facti* q. pl: *aquæ communis tantundem*, in hoc liquore madefiant lintea, quæ ſiccata leniter calcinentur, donec in pulverem abeant. Hoc pulvere, ſaliva humectato, fricetur lamina argentea quæcunque, antea optime à ſordibus purgata, & aureum adſciſcet colorem.

PRO-

PROCESSUS QUADRAGESIMUS TERTIUS.

De Deargentione Æris.

Accipe *foliorum argenti* ℥j *ſalis communis* ℥iß pulveriſentur & miſceantur exacte, pulvis calcinetur ad levem uſque ignitionem in crucibulo, donec *ſal* a decrepitatione ceſſaverit, pulveri huic admiſce eandem quantitatem *tartari crudi rhenani*; deinde accipe *laminas*, vel quæcunque ex *ære* fabricata, decenter purgentur per levem ignitionem & fricationem, ut ſuperficies nitida appareat, cui mediante coctione in *aqua communi* ſuperinducatur *argentum* in pulvere deliteſcens.

PROCESSUS QUADRAGESIMUS QUARTUS.

De Cupellatione.

Cupellatio vulgaris fit per *plumbum*, quia *mercurialis ſaturni ſpiritus* tam vorax eſt, ut propemodum omnia *metalla* minuat inſtar *mercurii fixioris*. Ergo, ut ad rem veniamus, cupella fiat ex *cineribus oſſium rite pulveriſatis* & cum *aqua* in unam maſſam redactis, atque poſtea ſ. a. in *circulo ferreo* fabrefactis, deinde ſubtiliſſimo *oſſium* pulvere in ſuperficie conſpergatur & lente exſiccetur, ne rimas contrahat. Hæc cinerea cupella *vaſi terreo*, ab utroque latere foraminibus longis inſtructo in anteriore parte plane aperto (ut *metalla* introduci poſſint) imponatur, detur ignis carbonum ſenſim augendus ad ſummum uſque gradum; & ubi omnia bene candefacta fuerint, plumbum inferatur, quo per fuſionem tremulo facto, adde ei quartam circiter partem *argenti* per vices, ne *plumbum* ab ebullitione ceſſet: continua dehinc ignem ſumma cum vehementia, donec colores varii in ſuperficie *metalli* apparere incipiant, quibus ceſſantibus *metallum* immobile cernitur, tunc *metallum* exime, ſcoriis *ſaturni* & *æris* ad latera rejectis.

PROCESSUS QUADRAGESIMUS QUINTUS.

De Spiritu Cephalico.

ACcipe *radicum contrajervæ* ℥ij *radicum pæoniæ maris* ℥viij *ſacchari* ℔j *aquæ communis calentis* libras XL *fermenti cereviſiæ* cochlearia tria vel quatuor, ſtent in digeſtione per octo dies, deinde adde *herbæ majoranæ*, *meliſſæ*, aa. M.iij *lavendulæ* M.x *roſmarini* M.vj *ſalviæ* M.ij. *ocymi* M.iij maneant ſimul in fermentatione per V vel VI dies, tunc adde *flores roſmarini* ad ℥vj *florum lavendulæ* ℥viij, peracta propemodum fermentatione adde *raſuræ ligni ſaſſafras* ℥ij tandem l. a. deſtilla.

Uſus.

Excellit in nervorum affectibus, menſtrua promovet, fœtum pellit, vertigini medetur, ut & paralyſi, apoplexiæ, epilepſiæ. Doſis ad ℨj.

PROCESSUS QUADRAGESIMUS SEXTUS.

De Spiritu Antiſcorbutico.

ACcipe *corticum ligni guajiaci* ℥vij *corticum aurantiorum* ℥v. *baccarum juniperi recentium* ℔j *ſeminis dauci vulgaris* ℥vj *ſacchari* ℔vj *aqua communis* libras L. *fæcum cereviſiæ* cochlearia ſex vel octo. Fermentur per xij dies; poſtea adde *ſeminum trium calidorum majorum* aa ℥j. Peracta fermentatione adde *herbæ cochleariæ* Manipulos xij *becabungæ* M.iij *naſturtii aquatici* & *indici* aa M.iv *radicum raphani ruſticani* ℥ij *ligni ſaſſafras* ℥iij. deſtillentur & rectificentur ut a. e.

Uſus.

In ſcorbuto & affectibus frigidis convenit, cardiacus eſt ſpiritus. Doſis ad ℨj.

PROCESSUS QUADRAGESIMUS SEPTIMUS.

De Unguento Antiparalytico.

ACcipe *anſerem deplumatum* & *exenteratum*, *aceto intus & extus ablutum* : impleatur *pingnedine lupi* vel *cati ſylveſtris*, tunc adde *ſalviæ* M.ij *caſtorei moſcovitici*, *myrrhæ*, *thuris*, *maſtiches* aa ℥j. aſſetur anſer in veru, & ſupponatur ſartago repleta *aceto acerrino ſambucino*, ut in eam depluat pinguedo, quæ poſtea ſ.a. coletur, illinenda nuchæ & toti ſpinæ dorſi.

PROCESSUS QUADRAGESIMUS OCTAVUS.

De Syrupo Saſſafras.

ACcipe *ligni ſaſſafras* ℥ij. Conſcindatur in tenues taleolas & imponatur vaſi vitreato, tunc affundatur *aqua pluvialis pura* ad duorum digitorum tranſverſorum eminentiam; orificio bene obturato macera per XXIV horas in MB. donec *aqua* omnem odorem, ſaporem & colorem ex ligno extraxerit, tunc coletur & ſeorſim ſervetur. Reſiduas vero *taleolas* coque in ſ. q. *aquæ*, addendo *radicum filicis*, *corticum radicum capparum*, *corticum tamariſci* aa ℥ß *radic. ſalſaparillæ* ℥ij *radicum polypodii querni* ʒvj cumque ad dimidium fere coctio pervenerit, adde *foliorum conſciſſorum tamariſci* M.ß *fumariæ*, *cichorei*, *chamædryos* aa p. j. *florum cordialium* aa p. ij *foliorum abſinthii romani*, *agrimoniæ* aa M.iß; *granorum juniperi recentium contuſorum* ℥iij *ſeminis aniſi*, *fœniculi*, *carui* aa ℈ij f. ſ.a. decoctio, ſed maneant prius in infuſione calida per noctem, item & poſterius: mane fortiter colentur; tunc accipe colaturæ ʒxvj & cum *ſacchari albiſſimi* ʒxij coque lento igne ad conſiſtentiam *ſyrupi craſſioris*, cui admiſce *calaturam ligni ſaſſafras* primam, & habebis *ſyrupum* excellentiſſimum.

Uſus.

Cardiacus eſt, nervinus, cephalicus & deobſtruens, immo etiam delectamenti & gratiæ ergo miſceri poteſt aliis liquoribus convenientibus pro lubitu. Doſis ad ℥j.

PROCESSUS QUADRAGESIMUS NONUS.

De Pilulas Catholicis Majernii.

ACcipe *diagridii*, ſive *ſcammonei ſulphurati* ʒj. *aloës ſocotrinæ* ʒß *trochiſc: alhandal:* ℈j *cremoris tartari* ℈ij f. ſ. a. maſſa pilularum, cujus doſis eſt ad ℈j.

Uſus.

Utiles ſunt in morbis chronicis, & cephalicis ab humore viſcido oriundis; appetitum quoque cient.

PROCESSUS QUINQUAGESIMUS.

De Pilulis Francofurtenſibus.

ACcipe *aloës lucidæ ſocotrinæ* q. pl: teratur in pulverem tenuem, huic affunde *ſuccum violarum*, ad eminentiam trium digitorum tranſverſorum. Stent in digeſtione, donec tinctura ſatis fuit extracta; tunc tranſcoletur liquor per linteum rarum, quod evaporandum eſt inſtar extracti in MB. Ex hac maſſa formentur exiguæ pillulæ.

Uſus.

Utiles ſunt in morbis chronicis a viſcida materia oriundis, menſes movent, appetitum cient. Doſis ad ℈j.

PRO-

PROCESSUS QUINQUAGESIMUS PRIMUS.

De oleo macis.

ACcipe *macis* ℔j *ſpiritus ſalis communis* ℥j *aquæ communis* q. s. macerentur ſimul per XIV dies; deinde in retorta magna vitrea deſtillentur ex arena. Sic limpidum & tenue prodit oleum, inſtar *ſpiritus terebinthinæ*, quod ab aqua ſeparandum. Fæces in retorta reſiduas calide per prælum exprime, ſic nanciſceris *oleum* craſſum, *expreſſum* dictum, quod ab *aqua tincta* eximi poteſt, & in unam maſſam, mediante calore, fundi.

Uſus.

Cardiacum, ſtomachicum, diureticum & carminativum eſt. Doſis ad *gutt:* x vel xij.

PROCESSUS QUINQUAGESIMUS SECUNDUS

De ſpiritu pomorum.

ACcipe *aquæ communis* q. ſ. Ei immergantur *poma*, ut innatare queant, coquantur ſimul, donec evaſerint mollia, quibus exemptis alia injiciantur; ita tam diu procedendo, donec ſufficiens copia adſit pomorum. Tunc impleatur iis doleum & leviter contundantur; ſuperfuſa deinde præcedente aqua & cochleari uno vel altero fæcum cereviſiæ. Fiat ſ. a. fermentatio, qua abſoluta, deſtillationi committantur in veſica: Sic prodit *ſpiritus fragrans*, ſpiritui e vino vix cedens.

PROCESSUS QUINQUAGESIMUS TERTIUS.

De pilulis univerſalibus Domini Starkey, Angli.

ACcipe *ſalis tartari optime calcinati* ℔j *olei terebinthinæ lucidi* ℔ij. commitantur matracio plani & lati fundi, & digerantur tepido calore in arena, bis terve indies agitando, donec *oleum* & *ſal* in-

ſtar ſaponis juncta fuerint. *Hujus maſſæ* accipe partes duas, *extracti opii*, extracti *hellebori nigri*, *oculorum cancri præparatorum*, *pulveris liquiritiæ* aa partam unam. Miſce. Doſis ad ℥ß.

Uſus.

Conveniunt maxime hæ pilulæ in nephritide, dolores ſedant & blande purgant.

PROCESSUS QUINQUAGESIMUS QUARTUS.

De pilulis Domini Mayerne, Angli.

ACcipe *diagridii* ſive *ſcammonii ſulphurati*, *aloës ſocotrinæ*, *trochiſcorum alhandal* aa q. pl. *elixyris proprietatis* q. s. M. f. s. a. pilulæ.

NB. vide alium proceſſum quadrageſimum nonum pagina 402.

PROCESSUS QUINQUAGESIMUS QUINTUS.

De Tinctura ſuccini.

ACcipe *pulveris ſuccini optimi* partes duas, *ſalis ammoniaci* partem unam, irrorentur *oleo tartari per deliquium*, & maneant per biduum in digeſtione, tunc affundatur *Alcohol vini*, ad eminentiam trium vel quatuor digitorum tranſverſorum: ſic enim elicietur *tinctura* grati coloris, ex flavo rubeſcens.

Uſus.

Inſignis eſt in morbis frigidis, cerebri, nervorum & uteri. Doſis eſt ad *guttas* XL in vehiculo appropriato.

PROCESSUS QUINQUAGESIMUS SEXTUS.

De Marte Potabili.

Accipe *limaturæ chalybis puriſſimæ* partem unam, *tartari rhenani puriſſimi* partes ij terantur ſimul in pulverem ſubtiliſſimum, iiſque adde *fermenti panis acidi* & *vini rhenani*, ut inde globuli formari poſſint, quos ad ignem exſicca; poſtea tradantur clibano, ut rite exſiccentur, prioremque operationem quater vel quinquies repete: ſic enim maſſa tua viridem acquiret colorem, quæ cum vino aliiſve liquoribus diſſolvi poteſt ad uſum.

Uſus.

Egregium eſt deobſtruens & uterinum, nempe chloroſin curat & obſtructionem menſium. Doſis eſt ad ʒß.

PROCESSUS QUINQUAGESIMUS SEPTIMUS.

De Aqua Ophthalmica Smaragdina.

Accipe *aquæ calcis vivæ primæ* ℥iv, *ſecundæ* ℥viij, *tertiæ* ℥xij *ſalis ammoniaci triti* ℥iß Miſce & in vaſe cupreo ſtent uſquedum ſmaragdinam contraxerit tincturam.

Uſus.

Egregia eſt in inflammationibus oculorum, ſuffuſione & cataracta.

PROCESSUS QUINQUAGESIMUS OCTAVUS.

De Depuratione Metallorum.

Depuratio *metallorum* triplici modo utplurimum perficitur, puta, *ſolutione*, *fuſione* & *cupellatione* · de hac ultima quia ſupra dictum fuit, dicemus hic pauca de prioribus duobus.

Solutio fit dupliciter, nempe vel ope *menſtrui appropriati ſeparatorii corroſivi*, vel ope *mercurii vivi*. Ordinarie vero præcedit ſolutio cum *mercurio* ſive *amalgamatio*, modo ſequente.

Accipe *mineræ auri* vel *argenti*, e. gr. ℔ C. redigantur in pulverem ſubtilem, eumque in ſ. q. *aquæ communis* dilue, tunc adde decem vel duodecim libras *mercurii vivi*; agitentur in cacabo ferreo per molam ipſi appropriatam aliquot horis, donec *mercurius* in grumos redactus per totum liquorem diſpergatur, nobileque *metallum* ab eo diſſolvatur. Tunc ſubſideat pulvis, affuſione *aquæ* eluendus, donec *aqua* non amplius turbetur. Poſtea *mercurius* a pulvere per linteolum appropriatum trajiciatur, qui a metallicis partibus liberandus eſt ope deſtillationis per retortam terream vel ferream in igne nudo poſitam, appoſito recipiente *aqua frigida* ad dimidium repleto. Sic in fundo manet *metallum*, quod, ope fuſionis, in unam maſſam eſt fundendum, vel cogendum.

Ut autem nobilior pars ſeparetur ab impura, uſurpari poteſt via duplex, hoc eſt vel *adminiculum ſiccum* vel *humidum*.

Sicca adminicula ſunt, *antimonium*, *plumbum* vel *cæmentum*, primum dicitur *lupus hungaricus* & omnia devorat ac volatilizat, auro excepto, ſi rite tractetur.

Accipe *antimonii* ℥iv. *metalli mixti* ℥iß, fundantur ſimul, addito pulvere e *tartaro* & *nitro* detonatis, ſic ad fundum ſecedit *regulus*, *metallicis* partibus imbutus, ſcorias pulveriſatas iterato funde cum pulvere carbonum, ut, ſi quid *metalli* & *reguli* ſuperſit, ſeparetur. *Regulum* omnem ſuper cupellam, ex oſſium cineribus confectam, violenta ignis tortura follibusque adhibitis pelle in auras, reſtabitque aurum puriſſimum.

Cæmentum fit ex variis ſalibus, *metalla* omnia, excepto *auro*, corrodentibus & minuentibus, v. gr.

Accipe *vitrioli cyprii* ℥j *nitri* ℥ß *aluminis rupei*, *ſalis ammoniaci* aa ℥ij *æruginis* ℥j. exacte pulveriſata miſceantur, & patellæ terreæ non vitreatæ ſuperfuſa calcinentur ad exhalationem omnis humiditatis ſpatula lignea optime movendo. Ubi vapores omnes ceſſaverint, in pulverem redigatur materia ſuperſtes, quo pulvere undique obruatur *numiſma*, vel *lamina* ex *auro* & *argento* compoſita, ſenſim ignis admoveatur pyxidi cæmentatoriæ, & pededentim ad incandeſcentiam

vaſis

vaſis uſque urgeatur, ſic abluto & ſeparato dein pulvere, reſtabit *aurum* liberum & purum. Si tamen ad ſummam perfectionem nondum pervenerit, iterato pulveris illius examini ſubjiciendum erit. *Argentum*, ne pereat, e pulvere ſalino recuperari poteſt fuſione cum *ſale tartari* & cupellatione, de qua ſupra.

PROCESSUS QUINQUAGESIMUS NONUS.

De Balſamo Mortuorum.

ACcipe *aloës lucidæ* ℥vj *myrrhæ elect:* ℥viij *benzoës*, *ſtoracis calamitæ* aa. ℥j *ſpiritus ſalis communis rectificati* ℥iv *ſpiritus vini rectificati* ℔iv. Digerantur ſimul in MB, per duos vel tres dies, materiam ſæpius agitando, donec ſaturo colore tinctus liquor appareat.

Uſus.

Cadaveribus condiendis & a putredine præſervandis inſervit. Ipſa autem cadavera, hac mixtura imbuta & exſiccata, *mumiæ* appellantur. Præter uſum externum, interne etiam utilis eſt in morbis chronicis, vermibus. &c: Doſis ad ℈ij.

Balſamum Odoriferum.

ACcipe *olei nucis moſchatæ*, *ad albedinem*, *mediante ſpiritu vini*, *redacti* ʒij *olei jaſmini odoratiſſimi* gutt: x. *olei cinnamomi* gutt: vj. *cariophyllorum* gutt: iij. *ligni rhodii* gutti x *moſch:* gr. iv, *ambræ gryſeæ* gr. vj. miſceantur exacte, & tingantur exigua quantitate *laccæ florentinæ*.

Uſus.

Plerunque, odoris gratia, illinitur manibus & temporibus ad ſpiritus refocillandos.

PROCESSUS SEXAGESIMUS.

De Vino Purgante Stomachico.

ACcipe *rhabarbari*, *turbith*: aa ℥j. *fol*: *ſennæ mundat*: *aloës* aa ℥iß *comarum abſinthii* M.iv *herb*: *majoranæ*, *ſalviæ* aa p. ij *ſeminis ſileris montani*, *fœniculi*, *coriandri* aa ʒiij *cardamomi* ʒij infundantur octo ſtopis *vini*.

Uſus.

Alvum expurgat, leniter humores bilioſos & craſſos evacuat, ventriculum roborat. Doſis eſt ad pintam ſemis.

PROCESSUS SEXAGESIMUS PRIMUS,

De Cereviſia purgante.

ACcipe *radicum jalappæ* ℥j. *rhabarbari* ʒvj *folior*: *ſennæ* ℥iß *aloës lucidæ* ℥j *comarum abſinthii* Mv. *cortic*: *citri* & *aurantiornm* aa ℥ij. groſſo modo contuſa immittantur in quartam partem integri vaſis (Belgice een vierendeel bier) ſed ligentur & ſuſpendantur in nodulo, & *cereviſia* ſit fermentans. Fermentatione peracta *cereviſia* clara in ampullis ſervetur ad uſum: nam notandum eſt, quod talis infuſio vel non, vel parum admodum alvum ſubducat, ſi aceſcat.

PROCESSUS SEXAGESIMUS SECUNDUS.

De Pulvere Sudorifico.

ACcipe *foliorum cardui benedicti* ʒiij *radicum angelicæ*, *imperatoriæ*, *valerianæ* aa ℥ß *contrajervæ* ʒv. *oculorum cancri præparatorum* ʒiv *camphoræ* ℈ij *croci* ℈iv *opii rite præparati* ʒß M. f. Pulvis.

Uſus.

Diaphoreſin egregie movet, alexipharmacus eſt, febribus intermit-

mittentibus & contagioſis medetur; dolores a quacunque cauſa mitigat. Doſis ad ℈ij.

PROCESSUS SEXAGESIMUS TERTIUS.

De Pulvere Dentifricio.

ACcipe *pumicis calcinati* ʒiij *aluminis uſti* ʒj *cryſtallorum tartari* ʒij *ſpiritus ſalis communis* guttas viij *olei cinnamomi* & *ligni rhodii* aa. guttas tres. M. f. pulvis.

Uſus.

Dentium fæcibus tollendis inſervit, ut & ad halitum oris fœtidum corrigendum; ſed cum fructu inſigni addi poteſt *myrrha.*

PROCESSUS SEXAGESIMUS QUARTUS.

De Candelis Odoriferis.

ACcipe *ligni aloës* ʒiij, *ſantali citrini* ʒx *benzoës*, *ſtoracis calamitæ* aa ʒij *thuris* ʒj *cariophyllorum aromaticorum* ℈iv *balſami peruviani* ℈ß, *ſtoracis liquidæ* ʒß *carbonum tiliæ* ℥j. cum. ſ. q. *ſpiritus vini odoriferi* & exigua quantitate *mucilaginis gummi tragacanthi* fiant ſ. a. *candelæ.*

Uſus.

Accenduntur tales candelæ contra fœtores quoſcunque, & ſuaveolenti ſuo odore ſpiritus reficiunt.

PROCESSUS SEXGESIMUS QUINTUS.

De Tabellis Contra vermes.

ACcipe *ſeminis zedoariæ* ʒij *corall: præpar:* ʒiß *camphoræ* gr. vj *mercurii dulcis*, *croci martis aperientis* aa ℈ij *ſantali rubri*, *diagridii*

dii aa ʒj *ſacchari albiſſimi* ʒvj. *infuſionis liquidæ ex tanaceto & abrotano* factæ cum *aqua ſervente* ℥iij coquatur *ſaccharum ad conſiſtentiam tabulati cum prædicta infuſione*, poſtea immiſce pulveres, celeriterque effunde, & redige in debitas figuras quadratas mediante cultello, quibus adhuc calentibus ſuperliniatur aliquid *olei fœniculi* ad gratiam.

Uſus.

Vermibus & putredini reſiſtunt, leviſſime purgant. Doſis eſt a ℈j ad ʒj.

PROCESSUS SEXAGESIMUS SEXTUS.

De Mercurio Dulci

ACcipe *mercurii vivi* ℥vj. *mercurii ſublimati corroſivi* circiter ℥viij, miſceantur exacte in mortario lapideo, vel vitreo, donec argentum vivum diſpareat, tunc pulvis imponatur phialæ vitreæ, & per arenam fiat ſublimatio, ſic ſpatio trium vel quatuor horarum omnis aſcendit mercurius, qui, refrigeratis omnibus, vitro fracto, eximendus eſt & pulveriſandus, ut iteratæ ſublimationi committatur, & quando inſipidus evaſerit, ſervetur ad uſum.

Uſus

Leviter purgat, in lue venerea maximi eſt uſus, ut & gonorrhæa, miſcetur etiam aliis purgantibus contra vermes infantum. Doſis eſt a *granis* ij ad xx.

PROSESSUS SEXGESIMUS SEPTIMUS.

De Elixyre Paracelſi.

ACcipe *aloës lucidæ*, *myrrhæ reſinoſæ*, *croci optimi* aa q. pl. v. gr. ʒj *ſalis tartari* ℥ß *ſpiritus vini optimi* ℥xxiv. Digerantur ſimul per octiduum in MB, vel, quod præſtat, in fimo equino, deinde cla-

clarum effundatur & in loco tepido per diem unum vel alterum detineatur, donec fæces omnes ſubſederint, tunc reponatur ad uſum.

Uſus.

Præſervativum eſt egregium in putredine, peſte, ſcorbuto, morbis & febribus fere omnibus; vermes necat, ſudores pellit & blande alvum ſolvit, ictero medetur. Doſis ad ʒj in vehiculo.

PROCESSUS SEXAGESIMUS OCTAVUS.

De Elixyre citri.

ACcipe *corticum citri exteriorum* ℥xx *corticum pomorum chinæ* ℥viij *ſpiritus vini optimi* ℔viij. Digeſtione præmiſſa deſtillentur, & *ſpiritui* deſtillato addantur *corticum pomorum chinæ recent:* ℥ij *corticum pomorum citri* ℥v, *croci* ℈j *ambræ griſeæ* gr. ij *ſurupi e recenti ſucco horum citriorum parati* ℥vj vel viij. Macerentur ſimul, donec limpida fiat mixtura flaveſcens, quæ ſeorſim ſervetur.

Uſus.

Cardiacum temperatum eſt medicamentum in lipothymia & debilitate virium. Doſis eſt ad ʒij vel ultra.

PROCESSUS SEXAGESIMUS NONUS.

De Elixyre Salutis Anglicano Domini Daffijs.

ACcipe *foliorum ſennæ mundatorum, uvarum paſſarum* aa. ℔v. *ligni guajaci, ſeminis aniſi, coriandri, fœniculi dulcis, petroſelini* aa. ℥x *radicum liquiritiæ, enulæ campanæ* aa ℔j *coccionellæ* ʒx *croci brittannici* ʒvj *tartari vitriolati* ℥v *ſpiritus vini congios* iv. *Aquæ cichorei congium unum* Digerantur ſimul, poſtquam omnia ſ. a. fuere præparata per duas ſeptimanas; tunc clarum a ſpiſſo ſepara.

Nota, quod congius unus contineat ℔viij medicinales.

Alio Modo.

ACcipe *radicum enulæ campanæ*, *liquiritiæ* aa ℥j *calami aromatici* ℥ß *ſeminis aniſi*, *coriandri* aa ʒvj *fœniculi*, *petroſelini*, *carui* aa ℥ß *baccarum juniperi recentium* ℥j *foliorum ſennæ mundatorum* ℥ij *paſſularum minorum contuſarum* ℥vj *croci anglici* ʒiß. Infunde ſ. a. in *ſpiritus vini* ℥xL *Aq. cichorei* ℥xij.

Uſus.

Egregium eſt aperiens, flatus diſcutiens, blande ſimul purgans, conducit ſtomacho, capiti, utero, &c: ſed nocet hæmorrhoidibus, aliiſque fluxionibus cruentis. Doſis eſt ad cochlearia duo vel tria, mane vel veſperi.

PROCESSUS SEPTUAGESIMUS

De rectificatione ſpiritus vini abſque deſtillatione, per præcipitionem.

ACcipe *ſpiritus vini* q. pl. adde ſ. q. *ſalis tartari bene calcinati*, vel *cinerum clavellatorum ſiccatorum*: ſic enim abſorbebitur a *ſalibus* phlegma & *ſpiritus* dephlegmatus manebit in ſuperficie.

Uſus.

Inſervit tincturis omnibus ex vegetabilibus extrahendis, verum, per ſe, ingrati eſt ſaporis & odoris, adeoque notandum, quod non debeat uſurpari, quando delicatus odor & ſapor requiritur.

ADDITAMENTUM
De Auro potabili ſive tinctnra Solis.

ACcipe *foliorum auri* ℥j, redigantur in pulverem ſubtiliſſimum in mortario vitreo tamdiu (per vi vel viij horas) terendo, donec in purpureum abierint colorem; tunc pulveri affunde *ſpiritus ſalis ammoniaci acidi dulcificati* ℥ij. Stent in digeſtione per vi vel viij dies, ſæpius materiam agitando. Sic tinctura obtinetur intenſe flava.

Uſus

Acidum infringit, acrimoniam corrigit & adſtringit. Doſis ad *guttas* viij in vino.

SIGNA
PONDERUM & CHARACTERUM
CHYMICORUM.

Gr.	*Significat granum.*
℈	*ſcrupulum qui continet* xx *grana.*
ʒ	*drachmam, quæ continet tres ſcrupulos.*
℥	*unciam, quæ continet* viij *drachmas.*
℔	*libram, quæ continet* xij *uncias.*
M.	*manipulum.*
P.	*pugillum.*
N°.	*Numero.*
Par:	*paria.*
Q.s.	*quantum ſufficit.*
q.pl.	*quantum placet.*
S. a.	*ſecundum artem.*
MB.	*balneum mariæ ſeu maris.*
Ocul ♋.	*oculos cancri.*
🜊	*acetum.*
🜋	*acetum deſtill:*
🜁	*aërem*
🝫	*alcohol vini.*
🜄	*aquam*
🜅	*aquam fortem*
🜆	*regiam, ſtygiam*
∴	*Significat arenam*
♂	*ferrum, chalybem, martem.*
☉	*aurum, ſolem.*
☽	*argentum, lunam.*
🝗	*cineres.*
♀	*cuprum, venerem.*
🝪	*deſtillatum.*
🜂	*ignem.*
☿	*mercurium, argentum vivum.*
🜣	*merc urium præcipitatum.*
🜕	*nitrum.*
♄	*plumbum, ſaturnum.*
♃	*ſtannum, jovem*
🝭	*retortam.*
🜔	*ſal*
✱	*ſal ammoniacum.*
🜩	*ſpiritum.*
🜫	*ſpiritum vini.*
S.S.S.	*ſtratum ſuper ſtratum.*
🝞	*ſublimatum.*
🜍	*ſulphur.*
🜃	*terram.*
🜖	*vitriolum.*

INDEX
RERUM PRÆCIPUARUM COMPENDIO CHYMICO CONTENTARUM.

Numerus paginam denotat.

A.

ACeti ſal. 380
Alchymia quid. 363
Amalgamatio quid ſit, & quomodo iſtituenda. 373, 374.
Ambræ griſeæ eſſentia. 385.
Analyſis aceti. 380.
Antimonii diaphoretici præparatio. 385.
Antimonii tinctura. 386.
Aqua alhadid Paracelſi. 392.
ſpirituoſa cochleariæ. 382, 383
fortis. 384.
regia. 389
ſpirituoſa caſſiæ ligneæ. 383.
vitæ. 398.
Ars hermetica. 363
Athanor furnus. 366.
Aurum potabile 413

B.

BAlſamum italicum. 392
mortuorum. 407
odoriferum. ibid.
Beguinus ciratus. 368
Bezoardicum minererale 389, 390
Butyrum antimonii. 391

C.

CÆmentatio antimonii. 379
Cæmentum regale. 406
Calcinatio quid ſit. 369
immerſiva quid. ibid.
Candelæ odoriferæ. 409
Cephalicus ſpiritus. 400
Cereviſia purgans. 408
Chama quid ſignificet. 363
Chemia quid. 361
Chemiæ derivatio. 363
variæ appellationes. ibid.
objectum. 361
genus. 363
finis internus. ibid.
finis internus. ibid.
generalis & ſpecialis. 385.
generalis & ſpecialis. 365
diviſio. ibid.
Chemica vaſa 367
Chemicæ ollæ. 368
Chemicorum principia hypoſtatica. 363
Clyſſus quid. 373
Coagulatio quid. 370
Cohobatio quid. 371
Crocus metallorum. 379
Cupellatio. 379

D.

DEargentatio æris. 399
Deauratio argenti. 398
Digeſtio chemica quid. 371
Diviſio chemiæ. 365

E.

ELixyr quid. 373
proprietatis Paracelſi. 410
citri. 411
ſalutis. 411, 412
Eſſentia ambræ gryſeæ. 385
Extractio quid 370
Extractum quid. 372

F.

FInis chemiæ internus. 363
generalis & ſpecialis 365
amalgamationis. 373
Fixatio arſenici. 391
Fumigatio cornu cervi, 378, 379
Furni quotuplices. 365, 366
Furnus probatorius. 366

G.

GEnus chemiæ quid. 363
Gryſeæ ambræ tinctura. 385

H.

HErmetes Triſmegiſtus, Autor Tabulæ Smaragdinæ. 363

I.

IGnis gradus chymici. 366
Incineratio plumbi. 380
Inſtrumentorum chemicorum diviſio. 365

L.

LAboratorium chemicum, quale debeat eſſe. 368
Lapides mineralibus annumerantur. 362
Lapidum differentiæ. *ibid:*
Libavius citatus. 363

M.

MAgiſterium chymicum quid. 372
oculorum cancri 375, 376
Mars potabilis 405
Martis calcinatio immerſiva. 374
Mayerne pilulæ. 402. 404
Menſtruum chemicum quid ſit. 367
Menſtrui diviſio. *ibid.*
Mercurius Chymicis quid ſignificet. 363, 364
vitæ. 390
dulcis. 410
Mercurii præcipatio varia. 375
Metalla quid ſint. 362
quotuplicia. *ibid:*
Metallorum depuratio. 405
Mortuorum balſamum. 407

N.

NAturales res omnes, potiſſimum ſenſibiles, ſunt chemiæ objecta. 361

Olea

O.

ODoriferæ candelæ 409
Olea ſtillatitia. 383
Oleum caſſiæ ligneæ. 383, 384
ſarcoticum. 495
macis. 403
Oleoſum ſal volatile. 397
Ollæ chemicæ. 368
Operationum chemicarum diviſio. 369
Ophthalmica aqua ſmaragdina. 4?5
Origo vocis chemiæ. 363
Oxyſaccharum vomitivum Angeli Salæ. 384

P.

PIger Henricus, furnus. 365
Pilulæ Mayerne. 402. 404
francofurtenſes. 402
ſtarkey. 403
Plutarchus citatus. 363
Pomum ambræ. 395
Pomorum ſpiritus. 403
Præcipitatio quid. 370
mercurii varia. 375
Præcipitatio oculorum cancri. 375
Principia chemicorum hypoſtatica. 363
Probatorius furnus. 366

Q.

QUinta eſſentia ambræ gryſea. 385

R.

REctificatio ſpiritus vini abſque igne. 412
Reductio chymica quid. 370, 371
Regale cæmentum. 406
Regnum minerale quid includat. 361
vegetabile quid. 362
animale quid. *ibid.*
Regnum marinum quomodo a cœteris differat. *ibid:*
Regulus antimonii ruber. 382
martialis. 387, 388
Res naturales omnes ſunt chemiæ objecta. 361
Reverberatio calcium. 378

S.

SAccharum ſaturni. 381
Sal quid. 364
Sapo odoratus. 395
Sarcoticum oleum. 395
Saſſafras ſyrupus. 401
Solutio quotuplex. 369
Spiritus chemicus. 363
cephalicus. 400
pomorum. 403
Spirituoſa aqua cochleariæ. 382
caſſiæ ligneæ. 383
Sulphur quid. 364
Syrupus ſaſſafras. 401

T.

TAbellæ contra vermes. 409, 410
Tartarus emeticus. 396
Terra chymicis quid. 364
Tinctura martis aperiens. 386
antimonii. *ibid.*
metallorum. 387
veneris. 388
ſolis ſive auri 413
ſuccini. 404
Triplex regnum. 361
Turpethum minerale. 381, 382

V.

VErnices varii. 393, 394, 395
Vinum medicatum purgans. 408
Vitrum antimonii 397
Uſus ſyrupi de ſaſſafras. 402

FINIS.

BERIGT

van den

DRUKKER.

DE Drukker van het voorige Boek, overwegende de nutheit van het doorwrogte werk van den Heere JOAN BROEN, en genege zijne lantgenoten den dienſt te doen, die hem mogelyk zal wezen, is voornemens het zelve Werk, dat hier in 't Latijn de geleerde werelt meegedeelt wort, in Hollants vertaalt, te doen drukken, en in 't ligt te geven ten dienſte der Nederlanderen, om hen, onkundig der Latijnſche tale, van zoo dienſtigen Werk niet verſteken te laten.